

beneficii requisite, c. un. h. t. in 6. imo si magna Ecclesiarum necessitas, & utilitas id exoptat, Episcopus Clericum cogere potest ad faciendam commutationem c. 5. h. t. Probabilis autem est, quod Prelatus inferior carens jurisdictione quasi Episcopali non possit admittit resignationem ex causa permutationis; licet habeat jus conferendi, & instituendi, cum desistere non possit, c. 4. de renunc. c. 12. in fin. de heres.

8. II. Permutantes beneficia auctoritate propria committunt simoniam non quidem juris naturalis, cum non detur spirituale pro temporali, sed juris Ecclesiastici contra prohibitionem Ecclesie c. 5. h. t. & excommunicantur per extrav. 2. de simon. int. com. beneficiis vero non videntur privari ipso jure, cum permutatio nulla nullum sortiarur effectum. Ratio hujus prohibitionis est, quia in talibus permutationibus timetur periculum simoniae, quatenus latenter admitti possunt pacta simoniaca; tum quia beneficium Ecclesiasticum sine institutione Canonica non obtinetur, reg. 1. in 6.

9. III. Beneficia ita resignata Episcopus conferre debet permutantibus, non vero aliis, Clem. un. h. t. Si vero unus resignavit, & alter resignare non vult, vel non potest, prior resignans redit ad suum beneficium, c. 8. h. t. c. 20. de preben. 6. quo casu non opus est nova collatione hominis: tum quia sufficit collatio generaliter a jure facta; tum quia resignatio ista est sub conditione permessa, si non suspensiva, saltem resolutive, si alter resignet cum effectu; ergo non impleta conditione, perinde est, ac si non fuisset facta, l. 213. ff. de V. S.

10. IV. Beneficia obtenta in titulum, si alterum pinguiore, alterum tenuiores redditus habeat, non recipiunt compensationem pecuniariam, nisi de consensu Papae, arg. c. fin. h. t. & c. 7. si quis. 1. q. 3. nam jus percipiendi redditus est spirituale connexive, utpote auctoritate Apostolica annexum juri spirituali officij; ergo, nisi eadem auctoritate separentur, citra simoniam vendi, aut pecunia compensari nequit.

11. At beneficia obtenta jure proprietatis, si possessiones unius pinguiore sint, permutari possunt cum compensatione pecuniaria, vel alia temporali, c. 6. de except. & c. 6. h. t. nam tali casu possessiones nullo juri spirituali annexae sunt, sed per se sunt, & sicut vendi, ita & permutari possunt cum compensatione pecuniaria: ex quo disparitas habetur ad casum priorem. Unde si monasterium A. jure proprietatis habet Parochiam pinguiorem, servatis servandis, potest eam permutare cum parochia tenuiori monasterii B. & pro excessu majoris aminationis possessionum compensationem petere. Quo casu non tam de necessitate, quam consilio, faciendus est duplex contractus: unus, quo Ecclesie simpliciter permutentur, alter, quo ipse possessiones, seu fundi, vendendo, aut permutando transferantur cir. c. 6. h. t.

12. Q. IV. Quae actio oriatur ex permutatione? R. Actio praescriptis verbis, seu in factum, quae implenti contractum datur ad hoc, ut nisi alter placitum, seu contractum impleat, praestet interese, l. 5. §. 1. ff. de praeser. verb. quo sensu explicatur l. fin. c. h. t. Haec autem actio non datur ad hoc, ut si alter non det, datum reperatur; quia ex contractu non datur actio ad eum rescindendum, sed tunc locus est conditioni causa data, causa non secuta. Neque actio ista datur praeside ad hoc, ut alter contractum impleat, quia in hoc locus est penitentiae, l. 1. §. 4. 7. C. h. t. bene vero ut praestet id, quod alterius interest contractum non fuisse impletum.

13. II. In eo casu, quo quis vasa aurea dedit pro fisco, & is ante traditionem mortuus est, vasa aurea reperere potest; non quidem ratione causa non secuta, cum alter sicutum dare non possit, sed ratione penitentiae, quia non impleto contractu, penitere potest; adeoque sicutum mortuus, periculum est domino suo, nisi res non esset integra; ut quia causa implendi contractus expensas fecit, & damnum sentit, l. 3. §. 2. & l. fin. §. fin. ff. de condit. caus. dat. Nec obstat, quod periculum pertinet ad creditorem certe speciei: nam regula ista locum habet in emptione-venditione, non vero in contractibus inordinatis, in quibus licet penitere, nisi res non esset integra; quo sensu suppletur l. 3. §. 1. ff. de praeser. verb. Haec de contractu permutationis, seu do, ut des: ceteri contractus inordi-

nati, do, ut facias, facio, ut facias, facio, ut des, nullam specialem difficultatem habent, praeter illam speculativam: an ex contractu facio, ut des, oriatur actio civilis, an vero tantum subsidiaria de dolo? Examine controversiam istam in disput. civilib. disput. 14. contro. 3.

TITULUS XX.

De Feudis.

De jure feudali fufe agunt Feudistae ad libros feudorum: ego generaliora, & magis necessaria pro notitia Canonistae excerpam. De juramento fidelitatis agitur Can. 18. & seq. 22. q. 5.

1. Nota 1. Feuda originem suam habere a Longobardis Germaniae populis, qui sub Justino II. Imperatorem Italia ingressi, agros militibus dividerunt; & id eo etiam in libris feudorum vasalli dicuntur milites, & fundi eis assignati, beneficia, seu feuda, ita dicta a voce barbara fede, vel feida, quae fidelitatem significat. Jus feudale per se est consuetudinarium quibusdam constitutionibus imperatoris auctum, licet conscriptum sit a Gerardo Nigro, & Oberto de Otto Consiliibus Mediolanensibus; plerumque vim juris habet, ubi particularia locorum statuta deficiunt.

2. Nota 2. Quod feudum formaliter sumptum sit contractus, quo alicui liberaliter conceditur dominium utile rei immobilis sub obligatione fidelitatis, & servitij personalis: ita in re com. Is qui concedit, vocatur dominus directus, seu infensans: is cui conceditur, vocatur vasallus, feudatarius, vel miles; id quod conceditur, vocatur objective feudum, aut beneficium. Sunt autem substantialia hujus contractus consensus mutuos per modum formae, & translatio domini utilis sub obligatione fidelitatis per modum materiae: naturalia vero sunt liberalitatis in concedente, & obligatio ad obsequia personalia in recipiente, uti & successio ad haereditas masculis: quae naturalia, salva substantialia feudi, abesse possunt, ut in feudo oneroso, franco, & feminino. Ex his parte differentia feudi ab aliis contractibus, maxime ab emphyteusi, cum qua multum convenit, puta in dominio utili rei immobilis, & dependentia a domino directo: differ vero, quia in emphyteusi est obligatio praestandi Canonem annuum; in feudo autem est obligatio fidelitatis, & obsequij personalis.

3. Porro feudum est contractus consensualis, quia solo consensu substantialiter perficitur: investitura vero, seu extradio rei pertinet solum ad complementum. Nominatum, quia feudum est nomen proprium in jure, & specificum hujus contractus. Bone fidei, cum sit contractus bilateralis, & interpretationem recipiat ex jure communi secundum bonum, & aequum. Multum tamen, ut Rosenthal, Schrader, Chling, & alii dicunt feudum esse stricti juris, quia descendit ex consuetudine, quae est stricti juris. Sed haec ratio minus probat; alias contractus, qui descendunt ex jure scripto, omnes essent bonae fidei. Unde sicut jure scripto, ita etiam jure consuetudinario induci possunt contractus bonae fidei, & stricti juris, sicut cuiusque natura exigit. Cum ergo in feudo recepta sit obligatio ad aliquid praestandum, uti accidit in contractibus bonae fidei, merito his feudum accensetur.

4. Nota 3. Feuda esse varia: nam 1. Feudum est proprium rectum, seu regulare, in quo substantialia, & naturalia feudi reperiuntur: & improprium, seu irregulare, aut degenerans, in quo aliqua naturalia defunt; ut est feudum francum, seu liberum ab obsequio personali, femininum &c. 2. Nobile, quod vel invenit, vel facit vasallum nobilem; ut sunt feuda regalia ab Imperatore, vel Rege concessa cum portante majorum regali summo principi non reservatum; qualia habent Electores, & Status immediati imperij. Item non regalia, in quibus vasalli sunt nobiles, sed sine summa potestate territoriali: & non nobile, quod nec requirit, nec nobilitat vasallum. 3. Ecclesiasticum, quod proprie ab Ecclesia: & seculare, quod a seculari, vel ab Ecclesiastico in bonis secularibus conceditur. 4. Novum, quod initium habet in persona vasalli; & hoc solo consensu domini alienari potest, cum

eum aliis jus non sit quaesitum; alienatum vero sine consensu domini, ad eum revertitur: & vetus, quod per successorem ad vasallum devenit; adeoque sine consensu agnatorum alienari nequit, cum eis sit jus quaesitum. Si quartum gradum non excedat, dicitur paternum; secus avitum: sed haec divisio videtur arbitraria. 5. Hereditarium, quod pro hereditarium extantibus: gentilium, seu ex pacto, & providentia, quod pro descendentibus ex certa familia: & mixtum, quod descendentibus, & simul hereditas certe familiae concessum est. In dubio praesumitur potius feudum gentilium, quam hereditarium. 6. Ligium a liga, seu ligando dictum, quod a principe conceditur ea lege, ut vasallus praestet juramentum fidelitatis contra quemcumque alium, & se cum bonis suis allodialibus submittat principi. Hoc juramentum summae fidelitatis vocatur homagium, quia vasallus facit se hominem alterius; & ideo vocatur homo ligius, Clem. 2. de re jud. Unde idem non potest habere duo feuda ligia a duobus principibus, v. g. ab Imperatore, & Rege Galliae; alias bello inter eos orto, pro utroque contra utrumque pugnare deberet. In hoc tamen juramento semper exceptus manet Rom. Pontifex arg. cap. 19. ac jurejur. cum sit pater omnium principum. Nobilem, in quo vasallus jurat fidelitatem contra alios; non tamen contra dominum, & quo aliud simile feudum habet. In hoc juramento exceptus manet Rom. Pontifex, & supremus princeps, utpote Superiores tali domino, lib. 2. F. tit. 28. & 55. in fin. 7. Reliquae species feudi sunt minus celebres; ut feudum Guardia pro gubernatore castri, civitatis: Castellaria pro doctore, aut consiliario: Camera pro pecunia certa alicui ex camera principis tribuenda: Cavena pro frumento, aut vino alicui ex cavena, seu cella principis tribuenda: & quidem si jus aliquid percipiendi ex camera, vel cavena sit personalissimum, ut nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis transeat in haereditas, vocatur feudum Soldaria. Denique sunt feuda castrensia, aulica, equestria, burfatica, in quibus loco servitij pecunia ex bursa datur &c.

5. Q. I. Qui concedere, & recipere feuda possunt? R. I. Olim solus princeps, hodie quilibet dominus liberam habens administrationem, potest rem suam in feudum concedere. 2. F. 3. pr. Imperator potest quidem bona ad imperium spectantia in feudum dare: si tamen feudum aliquod ex regalibus, & majoribus apertum fuerit, non potest illud denuo conferre sine consensu Electorum, sed redditus illius in communes usus imperij applicandi sunt, exceptis electoribus, qui aperti denuo conferri debent. In capitulo Leopold. I. art. 30. Josephi I. art. 29. Caroli VI. art. 11. Prelatus vero Ecclesiae ad concedendum feudum novum, opus habet iusta causa, & solemnitatibus canonicis; at feudum antiquum regulariter sine his concedere valet, non obstante juramento de non alienando c. fin. h. t. & consequenter etiam promittere potest feudum in casum apertur. 7. F. tit. 3. v. sed & illa: quia tamen promissione non ligatur ejus successor, ibid., cum non sit haeres prelati promittentis.

6. R. 2. Feudum recipere quilibet potest, qui specialiter non prohibetur, 2. F. 3. §. 1. etiam feminae, minores, pupilli, furiosi, prodigi, furci, muti, & caeci, 2. F. 36. cum haec, & similes personae per substitutum obsequia personalia praestare possint. Communitas vero per quasi vasallum feudum, & investituram accipit, eoque mortuo, investitura renovanda est.

7. R. 3. Clerici seculares, & regulares professi per se sunt capaces feudi, 2. F. 40. §. item si, & c. 6. 7. de sur. compet. & c. un. §. verum de stat. regul. in 6. quae jura firmantur consuetudine, & praxi quotidiana: nam si obsequia non dedecant statum clericalem, personaliter a clerico praestari possunt: si vero dedecant, praestari possunt per substitutum; nisi tale esset feudum, quod exigeret obsequia personaliter a vasallo praestanda, incompatibilia cum statu clericali: tunc enim ejusmodi feudum non possit clericus recipere; nisi esset minorista non beneficiatus, cui liberum est statum clericalem dimittere; vel nisi re integrum, beneficio renunciat ante mortem domini. Religiosus feudum acquirit monasterio, vel si Episcopus est, suae Ecclesiae: eo vero mortuo feudum redit ad P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.

eos, qui ex investitura vocantur vel his deficientibus, ad dominum.

8. Q. II. Quae res infensari possunt? R. Omnes res immobiles, vel his aequivalentes, ut jurisdictiones, jura venandi, piscandi, redditus annui &c. Porro investitus de sylva, non hoc ipso habet jus vendendi; quia hoc jus est diversum, & regalibus accensetur. At investitus de stagno, habet jus piscandi; alias stagnum fere nullam utilitatem ei afferret, 2. Infensatio toto territorio, censetur etiam concessa jurisdictione, tanquam pars coherens territorio: secus esset si jurisdictione cohereret persona. Sed castro territorij a principe infensato, non censetur concessum totum territorium; quia princeps haec duo separare praesumitur; cum ad castrum sufficiat, ut sit causa alta sine territorio. At quia privatus haec duo separare nequit, infensans castrum, censetur etiam infensare territorium: ita com. 3. Si res aliena sit data in feudum, valet infensatio, & loco rei evidet tenetur dominus aliam similem rem infensare, 2. F. 8. pr. & tit. 25.

9. Q. III. Quibus modis acquiratur feudum? R. I. Contractu, quem sequitur traditio, quae hic proprie vocatur Investitura dans vasallo jus in re. Et haec, vel propria est, seu corporalis traditio, & introductio in bonum feudale: vel impropria, seu abusiva, aut ficta, qua feudum conceditur per traditionem signi corporalis, ut sceptri, vexilli, gladii &c. 2. F. tit. 2. & haec abusiva sufficit ad feudum acquirendum ex communi praxi conformi, 2. F. 31. ibi: sciendum itaque est feudum acquiri investitura, vel eo, quod habetur pro investitura. Solemnitates investiturae secundum loci consuetudinem observandae sunt.

10. II. Feudum acquiritur praescriptione 30. annorum contra privatum, 2. F. 26. §. si quis: & 40. ann. contra Ecclesiam: & 100. ann. contra Ecclesiam romanam c. 8. 13. de praeser. At feuda militaria non acquiruntur praescriptione, puta ut servitij militibus praescribantur, 2. F. 55. ibi: nullius temporis praescriptione.

11. III. Feudum acquiritur successione, non quidem testamentaria; cum vasallus de feudo non possit disponere, sed ab intestato, seu legitima; nisi esset feudum mere hereditarium, etiam per successores extraneis. Regulariter autem succedunt filii iusti, & alii descendentes; & probabiliter etiam legitimati per matrimonium, ita ut textus 2. F. 26. §. naturales, merito restringatur ad legitimatos per rescriptum. Non vero succedunt spurii, vel naturales non legitimati per nuptias, nec adoptati, nec nati ex matrimonio morgatico; & probabiliter nec filii iusti, qui patris hereditate abstinerunt, 2. F. 45. ibi: aut utrumque velineat, aut utrumque repudiet: nam talis repudiatio cederet ad ignominiam patris, quae ratio cum non curat in agnatis aliis, hi repudiata testatoris hereditate, succedere possunt in feudo. Item feminae regulariter non succedunt, nisi in feudo feminino, 1. F. 1. §. 3. & tit. 8. §. fin. &c. cum feminae nec conferrent familiam, nec apte sint ad obsequia domino praestanda, ut militare, judicare cum patribus curia &c.

12. Porro femina, existente masculo excluditur a feudo: attento autem jure, semel exclusa non censetur pro semper exclusae, sed deficientibus masculis, illa succedit, 1. F. 8. §. 2. ibi: succedat filia filijs non extantibus, & 2. F. 17. ibi: non patet locus feminae in feudi successione, donec masculus superest. ergo si non superstit, patet ei locus. Que sententia, utpote aequae observanda est, ubi contraria consuetudo non viget. Ordo successionis fere idem est, qui in successibus ab intestato, exceptis feudis regalibus, & majoribus, in quibus primogenitus, vel senior filius ceteris exclusus succedit; obligatur tamen eis congrua sustentationem, seu appanagium assignare.

13. Q. IV. Quae sint jura, & obligationes domini? R. I. Praeter jus proprietatis in feudo, habet jus ex contractu exigendi ea omnia, quae vasallus praestare tenetur, de quibus infra seq. q. Obligatur autem 1. dare vasallo investituram, & refarcire damnum, si quod vasallus ex dilatione investiturae passus est; 2. F. 7. in fin. 2. Dare auxilium, & consilium vasallo, & praecavere, ne vis ei inferatur, 2. F. 6. v. dominus quae,

que, & ad hac a domino obtinenda competet vasallo actio personalis, que dicitur *actio feudalis*, seu *condictio ex moribus*.

14. Q. V. *Que sint iura, & obligationes vasalli?* R. Hic præter jus domini utilis, habet jus exigendi ea, que sibi a domino debentur. Obligatur autem I. Præstare juramentum fidelitatis, vi cuius dominum, & personas ipsi proxime conjunctas defendat in vita, honore, & bonis; & damna, quantum potest avertat, 2. F. c. 5. & seqq. in quo juramento excipitur Papa, Imperator, patria, & pater vasalli, non vero pater domini 2. F. c. 28. in fin. II. Præstare servitia personalia, maxime militaria, saltem per substitutum, 2. F. 26. §. 5. &c. nisi bellum esset injustum. III. Tenetur re feudali uti fructi, tanquam bonus pater, & reparare damna pro dolum, culpam latam, aut levem data.

15. IV. Tenetur renovare investituram, que quidem renovatio facienda est, quoties mutatur sine persona domini, sive vasalli, 2. F. 40. pr. & tit. 55. pr. tum ut novus dominus agnoscat a vasallo; tum ut novus vasallus recognoscat feudum a domino datum: quod speciale est; cum in aliis contractibus, qui active, & passive transiunt in successores; non sit opus renovatione. Tempus pro renovanda investitura pro vasallo pagano, seu non milite, est annus, & dies; & pro milite annus, & mensis computandus a tempore feudum antiqui sibi delati, vel a tempore, quo dominus novus priori successit, 2. F. 22. 40. & 52. feudum committitur. In renovatione investituræ præter juramentum fidelitatis præstatur etiam *relevium*, cum scilicet dominus mutatur per mortem, non vero per translationem domini directi, ne vasalli sæpius veniant. Nominem autem *relevium* solvitur vigesima pars, seu alia major, vel minor secundum loci consuetudinem.

16. V. Vasallus sine consensu domini non potest alienare, vendendo, donando, locando, legando, oppignorando, servitutum constituendo perpetuum, vel aliud jus transferendo; secus alienatio est invalida, & alienans saltem dominium utile, feudum perdit: emens vero scienter amittit pretium; & notarius conficiens instrumentum punitur privatione officii, & amputatione manus, 2. F. 41. 44. 45. nam hoc modo gravis contemptus fit domino. Imo feudum vetus sine consensu agnatorum alienatum, mortuo alienante, vindicari potest ab agnatis sine refectione pretii, ne rem suam emere videantur, 2. F. 39. 45. Hoc tamen jus revocandi non competit filiis, qui in jure feudali nomine agnatorum non veniunt, 1. F. 8.

17. Q. VI. *Quomodo feudum amittitur?* R. 1. Totali interitu rei: si vero ædes solum collabantur, feudum manet in arca, sicut dominium: in quo differt ab usufructu, qui in domo constituitur, ea combusta, extinguitur, cum in superficie consistat, non vero ad solum, & ateam penetrat, §. 3. *Inst. de usufr. l. 5. §. 2. ff. eod. 2. Mortis vasalli*, nullis existentibus hæredibus feudalis: item *renuntiatione*, seu renuntiatione, modo fiat absque præjudicio domini, & agnatorum, & potissimum *commissione felonie*, seu delicti, cui annexa est privatio feudi. Quale delictum non tantum est contumacia vasalli in dominum, sed quodcumque capitale, vel famosum crimen, ob quod vasallus honeste stare nequit in curia domini, 2. F. 1. neque feloniam futura remitti potest; quia hoc inhonestum est, invitans vasallum ad delinquendum, 3. Ex persona domini resolvitur feudum, si is moriatur sine hærede, vel feloniam committat in vasallum, seu tale delictum, quod si vasallus commiserit, privatus fuisse feudum: nam in hoc utroque casu dominium directum devolvitur ad vasallum, non ad feudum, Schmier, & alii. Perro si feudum valet sine culpa vasalli, dicitur *aperum*, seu *apertura feudi*: si vero valet ob culpam, dicitur *feudum commissum*, *caducum*, seu redactum in *panam caducitatis*.

18. Q. VII. *In quibus delictis committatur feloniam?* R. 1. In delictis commissionis; uti sunt vitam, aut famam domini lædere, ejus uxorem, filiam, neptem, socrum, aut nurum in familia existentes violare, feudum notabiliter deteriorare, subditos male tractare, dominum criminaliter accusare absque iusta Prætoris, crimen famosum committere, maxime in Principem, & sine consensu domini feudum alienare, 1. F. 5. &

21. & 2. F. 24. §. 2. v. item si. Ut autem dicatur feudum alienatum cum effectu, sufficit translatio possessionis titulo constituti, 2. F. 42. & 55. neque civili revocatione jus quantum domino, & pena caducitatis tollitur, 2. F. 44. nisi aliud haberet consensus, aut venditio; seu alienatio fuisset conditionata *salvo jure domini*.

19. II. In delictis omissionis, uti sunt: non petere renovationem investituræ, nisi iusta causa excusaret, non præstare debita servitia, dominum in bello deserere, ei damnum imminens non avertere, vel denuntiare, domino justitiam petenti non satisfacere, 1. F. 22. pr. & 2. F. 24. §. 2. & tit. 55. §. 2.

20. In his casibus regulariter ad privationem feudi requiritur sententia condemnatoria ferenda in *laudem*, seu iudicio feudali 1. F. 21. & 22. §. 2. excepta feloniam, alienatione sine consensu domini, crimine lese majestatis: & si feudum est ab Ecclesia datum, crimine conditi statuti contra libertatem Ecclesiasticam, quibus casibus ipso jure feudum amittitur, *ib. & l. 5. C. ad L. Jul. maj. c. 53. de sent. excom.* nisi dominus expresse, vel tacite feloniam remittere: quo casu jus revocandi feudum non transit ad hæredes domini, sicut nec actio ingrati ad hæredes donantis, l. 7. C. de *revocand. donat.*

21. Q. VIII. *Ad quem devolvatur feudum caducum?* R. 1. Si feudum est novum, redit ad dominum, cum adhuc nulli sit jus quantum ad successionem, 2. F. 24. §. denique ibi: *si tamen beneficium fuerit patrimonium*; ergo si non est patrimonium, sed novum, redit ad dominum.

22. II. Si feudum est vetus, & ob feloniam non renovata investitura sit caducum, redit ad dominum pro eo tempore, quo vasallus, & ejus descendentes vivunt; his vero mortuis ad agnatos: quo sensu explicatur textus 2. F. 55. ibi *transacto & 2. F. 24. Quæ sententia media*, utpote æqua, videtur servanda etiam in casu caducitatis ob alienationem male factam, vel ob delictum in ipsam personam domini paratum; ut ob machinationem, vel violentas manus in eum injectas &c. Si vero caducitas accidit ex alio delicto, regulariter succedunt proximiores agnati, exclusis filiis vasalli.

23. III. Si Prælati commisit feloniam, Ecclesia feudum non amittit; sed interim fructus feudi ad dominum revertuntur, donec novus Prælati succedat. Quod si feudum fuit commune Prælati, & capituli, & hoc etiam deliquit, non tantum fructus ad mensam Prælati, sed etiam ad mensam capituli pertinentes redeunt ad dominum, donec delictum purgetur, 2. F. 40. §. item si. Ceterum fructus ante sententiam condemnatoriam cedunt vasallo, postea vero domino.

24. Si autem feudum aperitur sine culpa vasalli, annus regulariter incipit computari a Septembri, exceptis vindemiis, quæ ad annum præcedentem spectant. Si ergo moriatur vasallus ante calendas martii, omnes fructus sunt domini; si post calendas martias usque ad augustum inclusive, omnes fructus sunt hæredum alodialium vasalli. Sed in his, aliisque negotiis feudalis consuetudo, & praxis cujunque loci consulenda.

TITULUS XXI.

De Pignoribus, & aliis cautionibus.

De hac materia agitur potissimum in jure civili: in Institutionibus lib. 3. tit. 15. §. 4. in Pandectis lib. 13. tit. 7. & lib. 20. per tot. In Codice lib. 8. tit. 14. usque ad 35. Item de satisfactionibus judicialibus in Inst. lib. 4. tit. 11. in Pandectis lib. 2. tit. 6. §. 9. 11. & l. 46. tit. 6. 7. 8. Item de pignoribus agitur Nov. 52. c. 1. Nov. 97. c. 3. 4. Nov. 109. c. 1. Nov. 120.

1. Nota 1. in h. t. agi principaliter de contractu pignoris, cui in cap. fin. additur dispositio de cautione usufructuaria: quia sicut pignoribus, ita quoque cautionibus, & fidejussionibus, de quibus in tit. seq. alii contractus firmantur.

2. Nota 2. Pignus a pugno dicitur; quia de manu traditur l. 238. §. 2. ff. de P. S. formaliter vero esse contractum realem, quo debitor creditoris jus in re constituit in securitatem debiti. In hoc contractu consensus pacti habet se inlar formæ; res vero obligata instar mat-

matæ. Pignus, & hypotheca in generica significatione non differunt; nam *inter pignus, & hypothecam tantum nominis sonus differt* l. 5. §. 1. ff. h. t. Specificè vero solent distinguere: nam pignus perficitur traditione rei, regulariter mobilis, licet etiam immobilis tradi possit; hypotheca autem nudo pacto, seu conventionem constituitur sine traditione rei, §. 7. *Inst. de act. l. 9. §. 2. ff. de pignorat. act.* in effectu tamen non differunt; quia & pignus, & hypotheca rem afficit, & gravat, paritque, præter actionem personalem ex contractu, etiam actionem realem ratione juris realis quæ sit in re obligata, *cit. §. 7. de action.*

3. Nota 3. Pignus, & hypothecam dividi: 1. In generalem omnium bonorum; & specialem unius, vel alterius rei determinate. 2. In expressam, quæ nominatim, & expresse partium conventionem constituitur; & tacitam, quæ peruenit a jure, seu lege inducitur; & ideo *legalis* vocatur, cujus exempla infra dabuntur. 3. In voluntariam, seu conventionalem, quæ ex partium consensu constituitur; & necessariam, quæ auctoritate judicis inducitur; uti est pignus *prætorium* ex primo decreto, quo quis mittitur in possessionem bonorum debitoris ex causa contumaciæ, & absentie l. 1. 2. C. de *prætor. pign. item judiciale*, quod inducitur per sententiam condemnatoriam debitoris, & immisionem in ejus bona ad effectum executionis. Judiciale pignus sæpe confunditur cum prætorio, de quo *egi lib. 2. tit. 15.*

4. Q. I. *Qui possunt rem pignori obligare?* R. Generaliter omnes, qui alienare, cum creditor, debito non soluto, pignus distrabere possit. Unde pignorate nequeunt tutor, curator, Prælati saltem pignore specialia, res immobiles, vel mobiles pretiosas sine debitis solemnitatibus: imo nec res minoris comparari possunt cum conditione pignoris, ut venditor in eis pignus habeat; donec minor solvat, l. 1. §. fin. ff. de *reb. minor. non alien. 2.* Procurator, nisi constitutus sit *cum libera*, vel præsumatur consensus domini l. 11. & 12. ff. de *pignorat. act.* 3. Maritus fundum dotalem, etiam uxore consentiente, l. un. §. 15. C. de *rei uxor. act.* Ceterum recipere pignus potest omnis, & solus ille, qui ex contractu obligari: & ideo pupillus sine tutore auctore pignus non accipiet, propter metum pignoratitæ actionis, l. 38. ff. de *pignorat. act.*

5. Q. II. *Que res pignori, & hypotheca subjici possunt?* R. Regulariter omnes res, que vendi, & alienari valent; ut bona immobilia, mobilia, usufructus, servitutes prædiales, emphyteusis, feudum cum consensu domini, calendarium, seu nomina debitorum; imo ipsum pignus alteri subpignoriari potest l. 1. §. 1. ff. *quia res pignori.* E contra sicut alienari, ita pignori prohibentur res sacre, ut beneficia Ecclesiastica, calices, & alia sacra supellex, nisi in casu urgentis necessitatis, res publico usui deputate; ut fora, plateæ, res litigiosæ, alienæ sine consensu domini: denique homo liber, c. 2. h. t. l. 12. C. de O. & A. Pater tamen in casu extreme necessitatis potest filium oppignorare; quod hodie vix est in usu.

6. Q. III. *Qui, & in quibus rebus habeant hypothecam tacitam, seu legale?* R. 1. Maritus in bonis uxoris, vel alterius dotantis pro dote sibi præstanda, l. un. C. de *rei uxor. act.* & e contra uxor in bonis mariti pro dote restituenda; imo & pro bonis paraphernis, quorum maritus administratorem habet, sed sine prælatione, *ibid. & l. 29. C. de jur. dot. c. 5. h. t. 2. Fiscus* in bonis subditorum, l. 1. 2. C. in *quib. caus. pign. tac. contr. 3.* Pupilli, & minores in bonis tutorum, & curatorum, in bonis matris, si ista tutrix sit; imo & vitrici, si mater nubat, l. 20. C. de *admin. tutor. l. fin. C. de leg. iur. & argumento* minorum Ecclesia in bonis suorum administratorum. 4. Pupillus in re empta ex pecunia pupillari, l. 7. ff. *qui prior. in pign. 5.* Venditor in re vendita, si emptor pretium non persolvit, l. 13. §. 8. ff. de *empt. 6.* Dans pecuniam mutuat ad res restituendas in ipsis ædibus, l. 1. ff. in *quib. caus. pign. 7.* Redemptor in servo, quem ab hostibus redemit, l. 20. §. 1. ff. *qui testam. fac. 8.* Legatarii, & fideicommissarii in rebus a testatore relicti §. 2. *Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat. 9.* Locator in rebus a conductore in prædium urbanum; & probabiliter etiam in prædium rusticum illatis investitis, non tantum pro securitate mercedis, sed

P. Remigii a S. Erasmo, Pars II.

etiam satisfactionis pro damnis illatis, l. 2. ff. & l. fin. C. in *quib. caus. pign. & l. 5. C. de locat. 10.* Dans pecuniam pro militia acquirenda Nov. 97. c. 4.

7. Q. IV. *Qui creditores sine potiores in pignore?* R. Ex regula generali: *Qui prior tempore, prior jure* l. 2. C. *qui prior. in pign.* Ille autem intelligitur prior tempore, qui prius pignus, vel hypothecam accepit; non vero qui prius credidit, l. 8. C. *qui prior.* imo hodiernis moribus hypotheca ut rem afficit, & prælatione gaudet, constitui debet coram legitimo magistratu. Data regula non est sine suis exceptionibus: nam dantur creditores posteriores privilegio protomiosos, seu prælationis gaudentes, qui creditoribus anterioribus in hypotheca præferuntur, unde.

8. R. II. Fiscus in causa primipilari præferitur quibuscumque creditoribus, etiam mulieri agenti de dote sua, l. 1. 3. C. de *primipilo*, l. 4. C. in *quib. caus. pign.* Quid nomine primipilli significetur, vide in lexico Kabl. Hic primipillus, seu primipilaris, aut primipularius, est præfectus annonæ, & stipendiarius militarium, quorum causa, utpote publica, præferitur omnibus privatis: imo filii primipili, licet hæredes non sint, tenentur ex causa primipilari, l. 11. C. de *compens. At* in aliis causis fiscus, vel respublica generalem regulam sequitur: *qui prior tempore &c.* l. 4. C. de *priv. Fisci*, l. 4. C. *qui prior. in pign. 2.* Dans pecuniam pro emenda militia præferunt doti mulieris, Nov. 97. c. 4. servata solemnitate instrumenti ibi præscripti. 3. Dans pecuniam pro reficiendis ædibus, in his præferuntur aliis, etiam doti mulieris, l. 5. 6. ff. *qui prior. in pign. Nov. 97. c. 3.* quo privilegio non gaudet dans pecuniam mutuat pro emenda, vel extruenda domo l. 7. G. *qui prior.* quia major favor est ædium reficiendarum, quam emendarum, vel extruendarum, arg. l. 7. ff. de *offic. præsid. 4.* Pupillus in re nummis pupillaribus comparata, prælationem habet, l. 7. ff. *qui prior. 5.* Mulier quo ad dotem suam præferuntur omnibus creditoribus anteriore hypothecam habentibus, saltem si solum tacita sit, exceptis hic enumeratis in n. 1. 2. 3. An vero mulier præferatur creditoribus anteriore expressam hypothecam habentibus, acriter disputant Civilistæ. Ego pro negativa resolvam in meis disp. civ. disp. 11. *controv. 10.* Cetera de his vide in Civilistis.

9. Q. V. *Quid juris, & obligationis habeat creditor hypothecarius?* R. ad 1. Creditor in re oppignorata habet jus reale, & possessionem, qua jus pignoris suo nomine; jus vero proprietatis nomine debitoris possidet: & ideo possessio ista prodest debitori ad usucapionem. Et hoc jus reale extenditur etiam ad ea, que postea ex re nata sunt, l. 6. 18. §. 2. ff. de *pignorat. act. 2.* Vi hujus juris realis creditor non præjudicat debitor rem vendendo, donando, vel altera alienando; quia a quocumque possessore eam revocare potest, l. 17. ff. de *pignorat. nisi alienationi consentiendo hypothecam remisisset*, l. 8. §. 6. ff. *quib. mod. pign. solv. 3.* Creditor rem sibi pignoratam potest subpignorare alteri; non tamen pro majori quantitate, nec ultra tertiam pignorationem: soluto autem debito a primo debitore, extinguitur jus pignoris etiam in secundo, & tertio creditore, quia resoluta jure auctoris, resolvitur jus creditoris, l. 2. C. *si pignus pignori. 2.* Si tempore præfixo debitum non solvatur, creditor post trinam denuntiationem, in qua maxime loci consuetudo attenditur, procedere potest ad venditionem rei, & fructuum, ut ita sibi satisfiat pro debito, l. fin. §. 13. C. de *jure domin. impetr.*

10. R. ad 2. Obligatio creditoris est, ut rem diligenter custodiat, & in damnis præstet dolum, culpam latam, & levem l. 25. ff. de *pign. act. 2.* Ne re utatur pro suo commodo; secus furtum committit l. 23. ff. h. t. l. 54. ff. de *furtis*; nisi præsumatur consensus domini, v. g. ad librum legendum &c. 3. Solutio debito, tenetur rem pignoratam, cum omnibus fructibus restituere, l. 11. ff. de *pign. act. l. 16. 21. ff. h. t.* si vero tantum pars debiti soluta est, non tenetur pignus, utpote individuum, restituere l. 6. C. de *distract. pign.*

11. In tribus tamen casibus fructus non sunt restituendi, vel computandi in fortem: Primo, si maritus habeat pignus pro dote sibi promissa; cum fructus isti cedant ad sustinenda onera matrimonii c. 16. de *usur. Secundo*, si Clericus percipiat fructus ex beneficio, quod la-

D 2  
cus

eus iniuste detinet, c. 1. in fin. de usur. Tertio, si vasallus feudum domino oppignoravit, dummodo dominus servitia remittat, c. 1. de Feud. quia fructus feudi sub hac tacita conditione conceduntur vasallo, si obsequia domino praestet. Denique quod creditor in pignus impendit, modo sint impense necessariae, & utiles, compensare potest ex fructibus; & quod superest, in fortem computabit, l. 8. pr. & 25. ff. de pignor. act. c. 1. 2. de usur.

12. Q. VI. *Quae actiones oriuntur ex contractu pignoris?* R. 1. Actio hypothecaria, seu *utilis*, vel *quasi servitana* competens creditori, ut ratione juris realis ipsam rem sibi pignoratam, seu hypothecam persequi, & vindicare possit a debitore, vel alio quocumque possessore, ad eam retinendam, vel alienandam, nisi a debitore redimatur, §. 7. *Inst. de actio.* contra tertium tamen non intentatur, nisi prius excusso debitore principali, *amb. si debitor. C. de pignorib.* pro revocandis illatis investitis in praedium competit locatori *actio servitana*, c. 1. §. 7. de *actio.* utraque ista actio est realis praetoria, de qua fufius Civilitate. 2. Actio *pignoratitia* personalis directa competens debitori contra creditorem, ut soluto integro debito, pignus cum fructibus restituitur, & damna illata refarciant, *lib. 11. & 12. C. de pignor. act.* Pignoratitia vero *contraria* competit creditori contra debitorem, ut impensis in pignus factas refarciant; & si res evicta fuit, praestet evictionem, l. 3. §. 9. & 33. ff. de pignor. act. l. 38. ff. de evict. An actioni pignoratitiae directe, seu iuri luendi pignoris praestari possit, controvortunt Civiliter: pro negativa flet in meis disp. civil. disp. 8. com. 2. Jam de pactis, quae admiseri solent pignori.

13. Q. VII. *An amichefio, seu pactum amichefium sit licitum*, vi cuius creditor tantum fructus percipit ex pignore, quamdiu debitum non exolvitur? R. Negative ex c. 4. h. t. & c. 1. 2. de usuris; ubi pactum hoc tanquam usurarium reprobat, & fructus in fortem computari jubentur. Atque ita leges civiles, si quid contrarium admittunt, corriguntur, ut l. 1. §. 3. l. 11. §. 1. ff. h. t.; nam usura est, quicquid ultra fortem accipitur: sed fructus pignoris, nisi computentur in fortem, ultra fortem accipiuntur, ergo. Donatio vero frustra hic fingitur: quomodo enim donabit, qui egerit, & egestate adactus rem oppignorat?

14. Q. VIII. *An in pignoris licita sit lex commissoriae, seu pactum legis commissoriae*, vi cuius, si debitor statuto tempore non solvat, res pignoratata committatur, & transferatur in dominium creditoris? R. Negative, nisi tale pactum ex intervallo adiciatur, c. 7. h. t. & l. fin. C. de pactis pignor.: nam hoc pactum est nimis asperum, captionis tenerae, avaritiae, & usurae nutritivum; cum pignus fere semper majoris sit pretii, quam debitum; ergo merito ab utroque jure reprobat. Quia vero in emptione-ventione nullum est periculum usuratum, & fraudium, in ea locus est legi commissoriae; ut si certo die non solvatur, res sit incerta. Hic excipit solet casus dotis, si locer oppignorat rem, ut, si certo tempore pecuniam pro dote non numeret, res in dotem cedat; nam hic alternativa constituitur dos vel in pecunia, vel in re; nisi aliud de mente constituentis constet.

15. Q. IX. *An licitum sit pactum, ut, si certo tempore non solvatur, pignus vendi possit?* R. Si venditio fiat iusto pretio, valet tale pactum, neque aliquid iniustum continet, cum excessus pretii debitori restituitur: onus vero vendendi imponitur in penam morae in solvendo commissa.

## De Cautionibus.

16. I. Cautio est assessoria partis alterius circa id, quod sua interesse, vel quod sibi debetur. Est triplex: cautio *simplex*, seu *verbalis*, quae fit nuda promissione: *juratoria*, quae fit promissione iuramento firmata: & *idonea*, quae fit datis fidejussoribus, vel pignoribus, l. 1. ff. de satisfact. Et haec cautio *idonea*, seu *sufficiens* proprie, & specificè dicitur *satisfactio*: licet in jure, & communi usu *cautio*, & *satisfactio* saepe confundantur.

17. II. Satisfactio dividitur in *necessariam*, quae a lege, vel magistratu imponitur, ut tutoria *rem pu-*

*pilli salvam fore*, tit. ff. de satisfact. tutor. & *voluntariam*, seu *conventionalem*, quae fit ex consensu partium, v. g. ad securitatem mutui restituendi. 2. In *judiciali*, quae ad iudicia recte, & sine periculo expedienda interponitur; cuius tres sunt species: *iudiciali-fici*, tit. ff. qui satisfact. rem ratam haberi tit. ff. rem rat. iudicatum solvi tit. ff. iudic. solvi. quibus additur *quarta de expensis solvendis*; & *extrajudiciali*, quae in negotiis extrajudicialibus ad securitatem interponitur, ut cautio damni infecti tit. ff. de damni. infecti. de legato conditionali post eventum conditionis solvendo, tit. ff. ut legat. nom. cav. Item satisfactioes de re non distrabenda, de securo carcere, de non offendendo &c. Quae notitiam theoreticam huiusmodi satisfactiois desiderat, consulat Civilitas ad tit. hic citatos: practica vero notitia haurienda est ex locorum consuetudine. Pro intelligendo c. fin. h. t. aliquid dic de cautione usufructuaria.

18. III. Usufructuarius tenetur praestare cautionem idoneam per fidejussores, aut pignora; quod vel re fructuaria utitur, salva ejus substantia, finito usufructu eam restituere; & si culpa percat, adimentione rei date, c. fin. h. t. & tit. ff. usufr. quemad. cav. si vero habet quasi usufructum in rebus fungibilibus, cavere debet, quod finito quasi usufructu, v. g. pecuniae, tantundem restituat, *ibid.* & l. 2. ff. de usufr. ear. rer. 2. Haeres restituere potest cautionem usufructu; non vero testator in praedictum haeredit l. 7. ff. ad L. Falcid. l. 1. C. de usufr. Lex vero cautionem istam remittit patri in bonis adventitiis filii l. fin. §. 4. ff. de bon. qualib. non tamen matri, quae caret patri potestate. Donatori omnium bonorum usufructum sibi reservanti l. 19. §. 1. ff. de iud. Item usufructu l. 1. §. 8. ff. ut legat. nom. cav. cum semper praesumatur esse solvendo. Cetera de his vide in jure civili. Casus speciales de materia pignorum utiliter perillustratis in iuribus in fronte hujus tituli citatis.

## TITULUS XXII.

## De Fidejussoribus.

Agitur de hac materia potissimum in jure civili; in Institutionibus lib. 3. tit. 21. in Pandectis lib. 46. tit. 1. & de Fidejussor. Tutor. lib. 27. tit. 7. in Codice lib. 8. tit. 41. Item de Fidejussor. minorum lib. 2. tit. 21. de Fidejuss. tutor. lib. 5. tit. 57. In Authentico Nov. 4. & 51.

1. Nota 1. Fidejussionem dici *a fide*, & *iussum*, quia fidejubs alterum de sua fide jubet securum esse. Fidejussio, quoad rem est contractus verbalis, quo quis rogatus alienam obligationem in se recipit, si principalis debitor manens obligatus non esset solvendo: ita in re debitor. Ex qua definitione patet, fidejussorem distinguendum ab alio personis, quae pro altero intercedunt: nam *sponsor* sponte propria intercedit, & actione mandati convenit debitorem, si pro eo solvit lib. 18. ff. mandati. *Mandator*, qui alteri pecuniam credit, seu mutuum dari mandat; quo casu mandator obligatur danti actione mandati; mutuarius vero actione mutui l. 13. ff. de fidej. & mand. *Expromissor* reum liberat, & principalem obligationem in se suscipit. *Constitutor* nudo pacto constituit se solviturum id, quod alter debet, vel quod debet ipse constitutus; adeoque in constituto supponitur debitum praecedens; in fidejussione vero debitum potest praecedere, vel subsequi.

2. Nota 2. Fidejussionem, non secus ac satisfactionem dividi in voluntariam, & necessariam, judicialem & extrajudicialem, ut tit. praecedenti dictum. Praeterea fidejussor alius est *principalis*, qui obligat se pro debitore principali l. 27. §. 2. 4. ff. h. t. alius *succedaneus*, seu *vicarius*, qui obligat se pro fidejussore l. 8. §. fin. ff. eod. alius *indemnitate*, qui obligat se in residuum, si hoc creditor consequi non possit.

3. Nota 3. Fidejussionem esse speciem stipulationis, & conf. de jure Romano debere fieri per certam verborum formulam, sicut fit stipulatio lib. 8. & 12. C. hoc tit. sed quia formulae istae stipulationum jam exoleverunt, & hodie omnis fides, & deliberata promissio vim habet stipulationis; ideo fidejussio fieri potest quacumque verborum, aut signorum similitudine.

## De Fidejussoribus.

forma, etiam per epistolam, aut procuratorem, Happ. Schmier. &c.

4. Q. I. *Qui fidejuberé possunt?* R. Omnes, & soli illi, qui ex contractu obligantur, nisi specialiter a jure prohibeantur. Prohibentur autem, praeter infantes, & amentes; 1. *Pupilli* sine auctoritate tutoris, & minores sine auctoritate curatoris, nisi pro patre incarcerato; §. 1. *Inst. de aub. Tut.* Si autem minor curator carens, fidejubeat, & laxatur, saluum habet beneficium restitutionis in integrum. 2. *Militis*, ne a castris avocetur, l. 8. §. 1. ff. qui satisfact. 3. *Religiosi* sine consensu Praelati: imo nec consensus iste dandi debet in praedictum monasterii c. 4. h. t. c. 2. de solutione. 4. *Clerici* c. 1. h. t. ne secularibus negotiis se implicent. Si tamen fidejubeant, tenet fidejussio, cum non irritetur. 5. Praelatus, saltem pro magna quantitate *Can. 29. re quidem* 11. q. 1. si tamen fidejubeat nomine suo, ille solus obligatur ex bonis patrimonialibus, & fructibus sui mensis; si vero fidejubeat nomine Ecclesiae cum consensu capituli, tunc quidem Ecclesia obligatur, sed laesa restituatur. 6. *Mulier* ex privilegio S. C. Vellejani, propter imbecillitatem sexus, ut cum effectu nec pro marito, nec pro extraneo fidejuberé possit l. 1. 2. ff. & l. 1. C. ad S. C. Vellejanam licet talis fidejussio mero jure valeat, tamen actio inde orta submovetur exceptione dicti S. C. Vellejani; & si liquid a muliere ex causa fidejussionis solutum est, repeti potest: imo solutum, velut indebitum, ante sententiam tenetur restituere creditor l. 16. §. 1. ff. eod.

5. Cessat autem exceptio S. C. Vellejani in multis casibus: 1. Si femina est valde illustris, ut regina &c. 2. Si pro fidejussione pretium accepit lib. 23. C. ad S. C. Vellejanam. 3. Si id, pro quo fidejussit, aequivalenter debeat creditori, l. 3. 13. 22. 24. ff. eod. 4. Si fidejussit in dotem alterius, ne mulier maneat indotata, l. fin. C. eod. 5. Si intercessit pro servo ad obtinendam libertatem l. 24. C. eod. quod alique extendunt ad alias pias causas. 6. In casu, quo privilegium mulieris vincitur a fortiori privilegio; ut si apud creditorem minorum fidejubeat l. 12. ff. de min. quia privilegium aetatis praevalet. 7. Si renuntiet expresse S. C. Vellejano, postquam de illo sufficienter edocta fuit, cum favori suo renuntiare possit, & aliquando tenetur, ut si tutricem agat liberorum *amb. marri C. quando mulier*. vel si judicium sustineat pro debitore l. fin. §. 4. ff. ad S. C. Vellejanam. Plura de hoc S. C. vide in Civilitate & in tit. ff. & C. ad S. C. Vellejanam.

6. Q. II. *Cui obligationi accedere possit fidejussor?* R. Regulariter omni obligationi, etiam naturali, vel civilis tantum, vel claudicanti, ut in pupillo, vel minori contrahente sine auctoritate tutoris, aut curatoris §. 1. in h. t. l. 1. ff. eod. ubi Ulp. generaliter dicitur: *omni obligationi fidejussor accedere potest*. Excipitur 1. *Obbligatio doris* ab uxore data, pro qua uxor non potest exigere fidejussorem a marito, ne causa perfidia generetur in connubio, & amor conjugalis minuatur, l. 1. 2. C. ne fidej. dor. don. fecus si fidos daretur ab extraneo. 2. *Causa criminalis* criminaliter intentata ad penam corporalem: ad hanc enim fidejussor non potest se obligare, cum non sit dominus vitae, & membrorum l. 56. §. fin. l. 70. §. fin. ff. h. t. 3. Denique fidejussio corrumpit, si principalis obligatio nullo modo subsistat, nec vere, nec fide, seu per translationem obligationis principalis in fidejussorem: nam deficiente obligatione principali, deficit etiam fidejussoria, utpote accessoria, §. 1. 3. *Inst. h. t. l. 10. 16. 70. §. 4. ff. eod.* Unde non valet fidejussio in contractu usurarium, in venditione beneficii Ecclesiastici, in promissione rei turpis &c.

7. Q. III. *In quam summam obligari possit fidejussor?* R. 1. In eam summam, vel minorem, quam debet reus principalis l. 9. ff. h. t. nam cum libere fidejubeat, pro toto, vel pro parte debiti se obligare potest. Quodsi fidejussit indeterminate pro tota causa, obligatur etiam ad usuras solvendas, quae debentur ex mora debitoris l. 68. §. 1. ff. eod.

8. R. 2. Fidejussor non potest obligari in plus extensive, seu in majorem summam, §. 5. *Inst. & l. 8. §. 7. ff. h. t.* nam obligatio accessoria nequit excedere principalem. At in plus intensive, seu fortius potest fidejussor obligari v. g. addito iuramento, instrumento publico habente paratam executionem; vel si principa-

P. Romigii a S. Erasmo. Pars II.

lis debitor obligatus est tantum naturaliter, fidejussor obligari potest etiam civiliter: quod sensu explicatur l. 16. §. 3. ff. & l. 2. 25. C. h. t.

9. R. 3. Fidejussio in majorem summam facta, valet quoad summam debitam, & inutilis est quoad excessum: ita com. contra Fachin. docentem, quod tota fidejussio sit inutilis: nam talis fidejussio quoad totum nullibi irritatur: tum quia quantitas minor inest majori: tum quia utile per inutile non vitiatur; tum quia donatio excessiva, tantum quoad excessum vitiatur l. 34. C. de donation. ergo. Nec obstat l. 8. §. 7. ff. h. t. ibi: *placuit eos omnino non obligari*: nam vel legi debet non omnino, vel simplex sensus est, quod omnino, hoc est, omni modo quoad totum non obligentur, licet obligentur ad summam debitam, secluso excessu.

10. Q. IV. *An, & quomodo creator convenire possit fidejussorem?* R. Jure antiquo l. 2. §. c. h. t. creditor aequè convenire potuit debitorem, & fidejussorem, imo etiam hunc ante illum; quod jure novo Nov. 4. c. 1. & *amb. presente C. h. t.* fidejussores triplex habent beneficium, scilicet *ordinis*, seu *excussiois*, *divisionis*, & *cedendarum actionum*. Beneficium *Ordinis* id operatur, quod creditor prius debeat convenire debitorem principalem, & ejus bona excutere, antequam fidejussorem aggrediatur; nisi fidejussor huic beneficio renuntiet, vel fidejubeat pro eo, qui prole a provincia distat, vel conveniri nequit; vel non solet, ut pupillus, vel pater, pro quo filius intercessit, *cit. Nov.*

11. Beneficium *divisionis* id operatur, quod, si plures fidejussorunt in solidum, & non convenus debitum pro rata dividere possit, v. g. si duo sint pro debito 100. non ultra quinquaginta unus convenus solvere cogetur, §. 4. *Inst. h. t. l. 3. C. eod.* nisi alter confidejussor non esset solvendo: vel si quis cum muliere confidejussit, vel pro tutore; vel si beneficio, seu exceptioni divisionis renuntiavit, aut illam ante sententiam, vel executionem non opposuit, l. fin. ff. *rem pupilli* l. 48. pr. ff. h. t. §. 4. *Inst.* & l. 39. ff. h. t.

12. Quod si fidejussor neutro hoc beneficio juri potest, habet beneficium *cedendarum actionum*, ut solvere non teneatur debitum, donec ei creditor cedat actiones, quas habet adversus principalem debitorem, confidejussorem, & pignorum possessores l. 6. in l. 13. 17. ff. & l. 11. 21. C. h. t. Si vero solvit, non cessis actionibus, de rigore juris actiones istae cedi non possunt post executionem solutionis factae; & consequenter non habet regressum contra alios confidejussores, cum eorum negotium directe non gesserit, sed debitoris principalis, & summi, & facta solutione, omnes actiones extinctae sint, ut amplius ceteri non valeant, l. 76. ff. de solut. At spectata aequitate fidejussor post solutionem solidi debiti, petere potest cessationem actionum; quia solvendo non intendit extinguere actiones, sed potius emere nomen debitoris; ergo jure istarum actionum quocumque petere potest a creditore, ceu venditore *arg. l. 36. ff. h. t.* Ceterum fidejussor id, quod solvit, actione ordinaria *mandati* repetere potest a debitore, vel actione negotiorum gestorum, si pro absente, & ignorante fidejusserit, aut solverit, §. 6. *Inst. h. t. l. 18. ff. mandati* l. 20. §. 1. & l. 53. ff. *mandat.*

13. Q. V. *Quomodo fidejussio solvatur?* R. Regulariter solutione facta, sive a principali, sive ab ipso fidejussore, l. 10. ff. *mandat.* Dantur tamen aliqui casus; in quibus fidejussio expirat, & fidejussor liberatur ante solutionem factam. 1. Si debitor nimis diu, v. g. ad decennium, solutionem protulit l. 38. §. 1. ff. *mandat.* c. fin. h. t. 2. Si ita convenit, ut, nisi certo tempore solvatur, fidejussor expiret, l. 38. ff. *mandat.* 3. Si debitor incipiat prodigialiter vivere, inimicitias graves cum fidejussore movere, vel in regionem longinquam proficisci: in his enim, & similibus casibus fidejussor ante solutionem petere potest liberationem. 4. Si creditor contra conventionem proroget terminum debitoris, nisi fidejussor datus fuisset simpliciter, & in omnem casum, neque prorogationi contradixisset, l. 56. §. 2. ff. h. t. Praeterea expirat fidejussio, si creditor eam remittat, etiam per legatum l. 49. ff. h. t. vel si fidejussor fiat haeres debitoris l. 21. §. 3. eod. vel si obligatio noverit sine consensu fidejussoris, l. 4. C. h. t. &c.

## Connexio precedentium, &amp; consequentium.

Hactenus Compiler noster egit de contractibus, & obligationibus: jam in *seq. tit.* 23. tractat de modis, quibus obligatio tollitur, scilicet de *solutionibus* ad imitationem juris civilis. Sed priusquam eo accedat, monitum te velim Canonista, quod in jure Can. non omnes contractus expressi sint, sed omnes maneat suppleri ex jure civili, quos hic breviter insinuare placet, ut constet, quid tibi quaerendum super sit. Itaque.

14. I. *Stipulatio* est contractus verbalis, a jure civili introductus, quoad interrogationem unius, & congruam responsum alterius aliquid promittitur, v. g. spondes mihi dare decem, vel aedificare domum: spondeo. Et quidem, si est stipulatio *dandi*, ortur determinate obligatio ad dandum, & promissor non liberatur praestando interesse, l. 75. §. *fin. ff. de P. O.* Si vero est obligatio *faciendi*, seu *faciendi*, multi docent in arbitrio promissoris esse vel praestare factum, vel interesse; sed probabilius est cum obligari determinate ad praestandum factum, v. g. ad aedificandum, pingendum &c. cum invito creditori aliquid pro alio solvi non possit, l. 2. §. 1. *ff. de R. C. Correi stipulandi* vocantur ii, quibus eadem res in solidum promittitur: *Correi promittendi*, qui eandem rem singuli in solidum promittunt. In aliis contractibus dicuntur: *correi debendi*, qui debent, & *correi credendi*, qui credunt, seu quibus debetur. Porro *stipulatio innuitis* est, qua quis stipulatur rem ex natura, vel de jure impossibilem, vel facram, publicam, aut hominem liberum; cum talis res dominio non subit: vel si quis promittat praestare factum alienum &c. Formulae stipulationum hodie sublatae sunt, & conf. omnis seria promissio quibuscumque verbis expressa, vim habet stipulationis. De hoc contractu vide *tit. Inst. de P. O.* cum quatuor seqq. & in Pandectis l. 45. *per nos. & lib. 46. tit. 5. cum seqq.* in Codice lib. 8. *tit. 38. 39. 40.*

15. II. *Obligatio literarum*, seu contractus *chirographarius*, aut *litteralis* est, quo quis spe futurae numerationis dat chirographum, & in eo constititur, se certam pecuniam quantitatem mutuo, vel in dotem, vel in solum accepisse, quam tamen non accipit. Haec obligatio est pure civilis, non naturalis: in foro tamen externo parit actionem; sed haec eliditur per exceptionem pecuniae non numeratae, modo in causa mutui, & dotis intra biennium opponatur, l. 8. 14. C. *de non numer. pecun.* lapsa autem biennio, exceptio ista privilegiata non prodest, sed generalis exceptio doli non est deneganda contra eum, qui pecuniam sibi restitui cupit, quam non numeravit, l. 3. C. *ead. l. 5. §. fin. ff. de doli mali except.* Ut vero removeatur apocha, in qua creditor constititur sibi debitum solum fuisse, quod solum non fuit, exceptio ista opponenda est intra 30. dies l. 14. *pr. §. 2. C. ead.* De hoc contractu vide *tit. In. de liter. oblig. tit. C. de non numer. pec. tit. C. de dote cant. non numer.* Pandectis contractus iste incognitus est, imo aperte omittitur l. 1. §. 1. *ff. de O. & A.*

16. III. *Societas* est contractus consensualis, quo duo, vel plures conveniunt, ut ex collatis rebus, operisve honestis lucra, & damna inter eos sint communia: ita in re com. Sufficit autem consensus tacitus, dum res in commune conferuntur eo animo, ut lucra, & damna sint communia l. 4. *ff. pro socio.* Secus sine conventionione saltem tacita nulla est societas, & id eo socius socii mei socius meus non est, l. 47. §. 1. *ff. de R. J.* Si omnia bona tam praesentia, quam futura conferuntur, est societas *universalis*, seu *omnium bonorum*: si vero quaedam bona determinata conferuntur, est societas *particularis*. Porro pacta specialia in hoc contractu observanda sunt, v. g. ut ad unum duae partes lucra, & damni pertineant, & tertia ad alterum. Item, ut ad unum duae partes lucra, & tertia damni: ad alterum vero duae partes damni, & una lucra pertineat; dummodo in utroque casu is, qui plus lucra vult participare, plus de rebus, vel de operis conferat; alias si unus lucrum, & alter damnum pati debeat, societates est *le onina* ex mente Cassii l. 29. §. *fin. ff. pro socio*, sumpta denominatione ex fabula de vulpe, & leone, qui ex capta praeda nihil vulpi dedit. De hoc contractu vide *tit. In. de societ. tit. ff. & C. pro socio.*

17. IV. *Mandatum* est contractus consensualis, quo negotium gratis gerendum alicui committitur. Et de hoc egimus *libr. 1. tit. de procurator.* Vide *tit. Inst. de mandato tit. ff. & C. mandati tit. de procurator.*

18. V. *Conventio de eo, quod certo loco dari oportet*, est illa, qua id, quod certo in loco solvendum erat, petitur in alio loco; idque ob causam, & equitatem, quia debitor ad locum solutionis destinatum forsitan nunquam esset venturus. Fit autem solutio secundum arbitrium iudicis in plus, vel minus, prout ipsa pecunia, vel alia commoditas major, vel minor est in uno, quam altero loco. Vide *tit. ff. de eo, quod certo loco, & tit. C. ubi conveniatur, qui certo loco.*

19. VI. *Constitutum* est conventio, seu pactum, quo quis debitum proprium, vel alienum praerogavit constituit, seu promittit se soluturum, vel simpliciter, & pure, vel certo die, aut certo loco. Si dies non est conventus, exactio differat ad decem dies l. 21. §. 1. *ff. de pecun. const. in quo titulo, ut etiam in tit. C. de constit. pecun.* plura de hoc legi possunt. Nominem autem pecuniae constituitur venit omnia res five mobilis, five immobilis l. 2. C. *d. t.* & ex tali pacto de se nudo praetor ob equitatem conditionem concessit.

20. VII. *Sponsio* est conventio, qua duo de veritate, seu eventu alicujus rei altercantis, sibi invicem aliquid spondent, ut ejus sit, qui verum habebit. Conventio ista de se non est illicita, dummodo neuter spondentium, seu certantium sit certus de veritate; alioquin, si unus certus esse de veritate, non potest hanc conventionem inire propter inaequalem justitiam; nisi forsitan peritiam cogatur ab altero, qui perditionem rei sponsae debet sui imputare temeritatis. Sponsiones, nisi fiant ad virtutis exercitium, reprobantur a jure civili, l. 3. *ff. de aleatorib.*

21. VIII. *Ludus* est conventio duorum, vel plurium, ut victori cedat id, quod positum est. De jure naturali, seclusa fraude, est licitus: quia sicut dominus rem suam potest alteri absolute donare, ita quoque potest illam transferre in alterum sub conditione, si in *lusu vicerit*. Quia vero in ludo periculum est blasphemiarum, perjuriorum, deceptionum, & dilapidationum, merito jure civili prohibetur lusus aleae, seu omnes lusus sortium, in quibus plus operatur fortuna, & casus, quam ars, & industria *tit. ff. de aleatorib.* Jure autem canonico lusus sortium, imo etiam interesse talibus lusus prohibetur Clericis e. 15. *de vita, & hon. Cler.* quam Concilium Lateranense constitutionem a fortiori observare debent Religiosi ob votum paupertatis, quos Superiorum indulgentia non facit coram Deo excusabit, si pecuniam in lusu dilapident.

22. IX. *Dantur contractus*, ex quibus alius praeter contrahentem obligatur: 1. Contractus magistri, vel submagistri navis, ex quo obligatur exercitor, seu dominus navis, *tit. ff. de exercit. act.* 2. Contractus institoris, seu praepositi tabernae, vulgo factoris, ex quo obligatur dominus principalis tabernae, seu officinae, *tit. ff. de institor. act.* 3. Contractus filiorumfam. & servorum, ex quibus obligantur paterfam. & domini, & ita nascuntur variae actiones, ut *tributoria, de peculio, de in rem verso, & quod iussu*, de quibus agitur *libr. 4. Inst. tit. 7.* & in Pandectis *libr. 14. & 15. per totum.*

23. X. *Quasi contractus* est conventio tacita, ex dispositione juris introducta. Hujus sex species enumerantur *tit. Inst. de oblig. ex quasi contra. negotiorum gestio-tuella-rei communio-hereditatis communio-hereditatis aditio- & indebiti solutio. Negotiorum gestio* est, qua quis alterius absentis, & ignorantis negotia sine mandato utiliter gerit. Tunc autem utiliter geritur negotium, quando dominus rationabiliter id ipsum erat facturum, est res per accidens effectum suum non fortiaur; ut si medicus filium absentis curret, & is nihilominus moriatur, l. 10. §. 1. *ff. de negot. gestis.* Ex hoc quasi contractu datur *actio directa* domino, cujus negotia gesta sunt, ut negotiorum gestor rationes reddat, & si quod damnum sua culpa eam levi causavit, illud refarciat. *Contraria* datur negotiorum gestori, ut id, quod ratione administrationis suae impendit in negotium domini, sibi praestet, ne officium suum fit sibi damnosum. Vide *tit. ff. & C. de negotiis gestis.*

24. T.

24. *Tuella* est quasi contractus, vi cuius tutor obligatur ad curandum personam pupilli, ejusque bona. Sub hac etiam continetur *curatela*, qua res minorum curantur, & administrantur. Pupillo contra tutorem datur *actio directa-tuella*. De tutelis, & curis vide in *Inst. libr. 1. tit. 13. usque ad fin.* in Pandectis *libr. 26. & 27. per tot.* in Codice *libr. 5. tit. 28. usque ad fin.*

25. *Rei communitio* est quasi contractus, quo duo, vel plures unam rem singularem sine societate habent; ut si una vinea duobus donata, vel legata sit. Ex hoc quasi contractu datur *actio communi dividendo* ad commoda, & incommoda, & ad ipsam rem dividendam; cum nemo teneatur in communitio vivere. Vide *tit. ff. & C. communi dividendo.*

26. *Hereditatis communitio* est quasi contractus, quo eadem hereditas ad plures coheredes pertinet. Ex hoc competat *actio familiae heriscenda*, hoc est, hereditatis dividenda, ad antiquo heriscere, seu dividere, ut commoda, & incommoda hereditatis, imo ipsa hereditas aequaliter dividatur. Vide *tit. ff. & C. famil. heriscenda.*

27. *Aditio hereditatis* est quasi contractus, quo obligatur haeres ad praestanda legata, & fideicommissa: nam ad eundem hereditatem, tacite se obligat, quod voluntatem defuncti implere velit. At creditoribus defuncti obligatur haeres ex vero contractu: nam defunctus vere contraxit cum illis; haeres autem est eadem persona cum defuncto. Quia vero nec defunctus, nec haeres contraxit cum legatariis, ideo haeres ad exolvenda legata obligatur tantum ex quasi contractu. De hoc praesim agitur *tit. ff. de acq. hered. &c.*

28. *Indebiti solutio* est quasi contractus, quo plus debito solvens, obligat creditorem ad illum excessum restituendum; qui etiam peti potest *condictione indebiti tit. ff. & C. de Condit. indeb.* modo indebitum sit solum per errorem facti: nam si quis scilicet solvat indebitum, praesumitur donare l. 1. *ff. h. t.* quae praesumptio in foro externo etiam est in illo, qui per errorem iuris solvit indebitum l. 10. C. *de J. & F. ignor.* ut si quis legatum solvat hereditatis legatarii, qui testatori praemortuus est. At in foro interno error iuris non nocet; & conf. est obligatio indebitum solum restituendi. 2. Quod est naturaliter debitum, & tantum civiliter indebitum, ut ex pacto nudo, solum non condicuntur l. 13. *d. t.* nam aequitas naturalis non permittit hanc repetitionem. At qui solvit naturaliter debitum, & tantum civiliter debitum, v. g. ex chirographo, solum repetere potest, saltem intra biennium l. 7. C. *de non numer. pecun.* Si reus conventus fateatur, se pecuniam accepisse, neget vero fuisse indebitum, onus probandi incumbit actori repetenti l. 25. *pr. ff. de probat.* ubi ratio additur: *quia nemo in rebus suis est, nisi facile suas pecunias sciat, & indebitas effundat.* At si reus neget pecuniam indebitam sibi numeratam fuisse, & de hoc convincatur, probare debet sibi fuisse debitam e. *fin. de Solut. & cit. l. 25.* meriti enim in uno non creditur in altero. Pupilli, & similes persona plerumque liberantur ab onere probandi, & alter obligatur probare pecuniam fuisse debitam. *ibid. d.* Cessat conditio indebiti. 1. Si solum est ex causa pietatis; ex qua punabatur deberi l. 32. §. 2. *ff. de condit. indeb.* quia praesumitur donatio. 2. Si transactum est sine dolo malo, l. 65. §. 1. *ff. ead.* 3. Si ex re iudicata, vel ex juramento, quo quis juravit se velle solvere, solum est, regulariter non admittitur repetitio. Cetera de hoc quasi-contractu vide in jure civili *locis cit.* Et haec de contractibus indicasse sufficiat.

## TITULUS XXIII.

## De Solutionibus.

Agitur de hac materia in *Institut. libr. 3. tit. 30.* in Pandectis *lib. 46. tit. 2. 3. 4.* in Codice *libr. 8. tit. 42. 43. 44.*

1. *Nota*, solutionem genericè accipi pro quacumque liberatione, seu satisfactione, l. 54. *ff. h. t.* quo sensu sub se complectitur novationem, acceptilationem, compensationem, pactum de non petendo, & alios *P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.*

modos, quibus obligatio distrahitur. At *Solutio* specificè accepta est naturalis, seu realis, ac legitima praestatio ejus, quod debetur: ita in re com. Est autem solutio legitima, si solvatur totum, quod debetur eo loco, & tempore, de quo conventum est; cum creditoris multum interit quo loco, & tempore solutio fiat l. 85. *ff. h. t.* Et de tali solutione hic primo agetur, & deinde de ceteris speciebus.

2. Q. I. *Qui possit solvere?* R. 1. Debitor liberam habens rerum suarum administrationem: unde pupillus, minor, & prodigus sine auctore tutore, aut curatore solvendo, nihil agunt, & res ab eis tradita remanet in eorum dominio, ut vindicari possit; nisi bona fide consumpta fuisset a creditore: quo casu dominium rei consumptione acquiritur, & solventes liberantur §. 2. *in quib. alien. lic. l. 14. §. fin. ff. h. t.* 2. Procurator cum libera, vel mandato speciali, l. 87. *ead.* 3. Quicumque alius pro debitore etiam ignorante, & invito solvere potest l. 53. *ead.* cum liceat meliorem conditionem alterius facere: si tamen pro invito solvit, non repetit solum, quia praesumitur donatio, *arg. l. fin. C. de negot. gest.*

3. Q. II. *Quibus solvi possit?* R. 1. Ipsi creditori res suas administranti, etiam invito, quo pecuniam recipere nolente, potest debitor eam deponere apud magistratum periculo creditoris l. 9. C. *h. t.* Ut pupillo, & minori solvatur, requiritur tutoris auctoritas; & insuper, ut plena sit liberatio, decretum praetoris: secus minor, vel pupillus per solutionem laesus restituatur in integrum §. *fin. in quib. alienar. l. 1. C. si advers. solvi.* 2. Procuratori creditoris instructo saltem generali mandato l. 12. & 34. §. 3. *ff. h. t.* vel si quis alius ad exigendam pecuniam constitutus est, ut filius, servus l. 18. 49. 51. *ead.* & qui solutionis causa in contractu adjectus est §. 4. *in de innuit. stipul. 3. Creditori creditoris*, si is contentiaris: secus debitor ipso jure manet obligatus; licet exceptio doli se tueri possit, quatenus creditor dolo peccat, quod modum creditori suo restituere debet l. 6. *ff. de doli mal. except.* Aliis, praeter hos, non recte solvitur; cum solutio non censetur fieri creditori.

4. Q. III. *Qua forma, & modo sit solvendum?* R. 1. Solvenda est res, quae debetur; quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest, l. 2. §. 1. *ff. de R. C.* unde nec pecunia loco vini, aut frumenti, nec contra recte solvitur, nisi creditor contentiar.

5. II. Solutio debet esse integralis pro toto debito; non particularis per partes l. 41. §. 1. *ff. de usur.* quia particularis solutio propter facilem minutae pecuniae consumptionem damnosa est creditori l. 3. *ff. fam. herisc. nisi creditor contentiar in particularem solutionem §. 1. In quib. mod. oblig. toll.* vel nisi per partes sit creditum *arg. reg. 1. in antiq.* vel ex diversis causis debitum l. 1. C. *de Solut.* vel si altera pars debiti non sit liquida *arg. l. 21. ff. de R. C. l. 8. ff. si pars hered.* vel nisi favor libertatis, vel alterius pie cause id exposcat l. 4. §. 6. *ff. de Sicuti liber.*

6. III. Si duo debita sint aequae principalia, sed disparia, ut unum sub usuris, penna, aut hypotheca, aliud sine his, solutio censetur debiti durioris, si debitor non expiatis, ex qua causa solvat l. 1. §. 97. 103. *ff. h. t.* quia praesumitur agere, quod sibi melius est. At si unum debitum est principale, ut foris, & alterum accessorium, ut usura, solutio indeterminate facta praesumitur pro usuris, quas creditor iuste petere potest, & non pro sorte l. 5. §. 3. *ff. de Solut. l. 1. C. ead.* Si vero duo debita sint paria, parum refert, quod ex his solvatur, & videtur solvi ex omnibus unum aliqua portio l. 8. *ff. h. t.*

7. IV. Solutio facienda est in loco convento l. 9. *ff. de eo, quod cert. loc. fecus*, quantum interest, alibi solutio in plus, vel minus pro arbitrio iudicis decernenda, l. 1. 2. §. 1. *ff. ead.* si de loco non est conventum, solutio peti potest regulariter in loco contractus, aut domicilii.

8. V. Si obligatio est conditionalis, purificata conditione, si in certum tempus, & diem, adventiente tali die, solutio fieri debet, §. 4. *Inst. de P. O. l. 44. §. 1. ff. de O. & A.* Nec ante diem, si is in gratiam creditoris adjectus est, solvi potest l. 15. *ff. de annis legat.* secus si dies in gratiam debitoris adjectus l. 38. §. 16. *ff. de P. O.* & tunc debitor solvendo non repetit; bene vero,

vero, si per ignorantiam solvit ante eventum conditionis. l. 16. 18. 48. ff. de condit. indeb. Si tandem obligatio est pura, praesenti die debetur, §. 2. in d. l. O. l. 14. ff. de R. J. Quod intellige moraliter, non ut eodem momento creditor debuit reperat, sed intra competentis tempus arbitrio iudicis asserendum, v. g. intra 14. dies, vel plures l. 105. ff. de solut. Ratio horum est, quia in obligatione pure statim cedit, & venit dies; in obligatione in diem, statim quidem cedit, non tamen venit dies: nisi die statuta adveniente: in obligatione vero sub conditione nec cedit, nec venit dies, nisi eveniente conditione: licet dici possit, quod cedit dies conditionate: ita Ulp. l. 213. ff. de P. S. Tunc dies cedit, quando aliquid incipit deberi, sed necdum peti potest; tunc vero dies venit, quando debitum peti potest.

9. R. II. Modus etiam ex parte creditoris observandus est, ne is, etiam in debito liquido, propria auctoritate sibi solutionem faciat; secus occupando bona debitoris, penas invalorum incurrit, & actionem perdit l. 13. exat. ff. quod met. caus. l. pen. ff. ad L. Jul. de vi priv. sed prius amicabilem debitorem conveniat; & si hoc non sufficit, tum via juris contra illam agat.

10. Q. IV. Quomodo debitorum condemnandi sint? R. Regulariter in solidum, & ad instantiam creditorem detruendi sunt in carcerem, donec integre solvant. Pro evitando tamen carcere datur eis beneficium cessationis honorum, cum obligatione residuum solvendi, ubi ad pinguiorem fortunam venerint; salvo tunc beneficio competentis, ne ex bonis postea quaerendis in plus obligentur, quam possint, salva sua honesta sustentatione, §. fin. Inst. de action. l. 4. ff. de cesson. honor. Hoc tamen beneficio cessantis non gaudent fures, prodigi, & dissipatores, & alii commiseratione indigni; & qui huic beneficio renuntiant l. fin. §. fin. ff. que in fraud. creditor. lib. 8. & fin. C. qui bon. ced.

11. R. II. Persona, quibus competit beneficium, seu privilegium competentis, si salva sua competentis sustentatione non possunt solidum debitum solvere, non debent condemnari in solidum, sed in id, quod facere possunt: nam causa reverentiae, pietatis, & necessitudinis laudet certas personas non esse condemnandas in solidum. Cujusmodi persona sunt: 1. Parentes, & liberi, patroni, & liberi, socii ejusdem societatis, & eorum argumento fratres, maritus; & uxor §. 37. & 38. Inst. de action. Donator conventus a donatario l. 19. §. 1. ff. de re jud. Socer, utriusque conjugis l. 15. §. 2. ff. soluto matrim. l. 27. 22. ff. de re judic. ubi limitatio ponitur, ut socio mariti, seu patri uxoris hoc beneficium competat solum stante matrimonio. Item milites armate militiae l. 6. & 11. ff. de re judic. quod extenditur ad milites togatos, ut advocatos, & liberalium artium professores; & de jure Canonico ad milites caelestes, seu Clericos c. 3. Odoardus h. t. dummodo talis Clericus sit inops, non ex culpa sua, sed ex alia causa inculpabili. Et quia hoc privilegium concessum est in favorem totius collegii Ecclesiastici, Clericus ei renuntiare non potest, ne in opprobrium status Clericalis mendicare cogatur; & ita juri publico deroget contra l. 38. ff. de pactis. Similiter obreverentiam, & amorem huic privilegio renuntiare nequeunt parentes, patroni, conjuges; bene vero milites, socii; & donator ex reg. generali lib. 29. C. de pactis.

12. R. III. Beneficium cessationis, & competentis, cum personale sit, non competit fidejussori l. 7. pr. ff. de exception. Unde si bona a debitore cessa non sufficiunt, ad residuum tenetur fidejussor. At exceptio competentis, saltem indirecte prodest fidejussori, si is nomine principalis iudicium suscipiat, & in ejus persona exceptionem illam opponat, vel iudicium denuntiet principali, ut is in persona sua exceptionem competentis opponat, l. 10. §. pen. ff. mandati.

13. Q. V. Quomodo successor in praetura, vel beneficium obligetur ad solvenda debita antecessoris? R. I. Debita nomine Ecclesiae pro ejus necessitate contracta, tenetur successor persolvere, c. 1. h. t. Et licet creditor de rigore juris teneretur probare, mutuum conversum fuisse in utilitatem Ecclesiae arg. civitatis l. 27. ff. de R. C. l. un. C. de solut. debiti. c. 1. lib. 11.

& ant. hoc jus O. de SS. Eccl. in praxi tamen non id observatur, dummodo cum solvis solemnibus debitorum contractum sit, cum praesumatur in utilitatem Ecclesiae conversum fuisse. 2. Si debita sunt personalia, solvi debent ex bonis patrimonialibus, vel in defectum eorum ex redditibus Ecclesiasticis a Praetore relictis; his vero deficientibus, debita necessario facta, v. g. in infirmitate, vel propter necessarium sustentationem, solvenda sunt a successore ex redditibus Ecclesiae; idque ob honorem status Clericalis: cetera autem debita voluntaria, v. g. ad splendorem, luxum, & res inutiles facta, non sunt solvenda ab Ecclesia, ne hac delicto Praetore praegravetur, sed creditor damnum sentiat, illudque suae impudet facilitati.

14. Q. VI. Quis sit ordo solutionis faciendae, sbona debitoris non sufficiunt omnibus creditoribus? R. Ante omnia solvenda sunt expensae judiciales, & ius perales, & quae medicis, ac pharmacopaeis debentur, l. 18. 19. 45. ff. & l. 3. C. de Religios. & Sumpt. funer. Nec obstat, quod actio funeraria sit personalis, actio vero realis ex pignore praefertur actionibus privilegiatis personalibus l. 9. C. qui prior. in pig. nam ab ista lege generaliter merito excipitur actio funeraria, & pro sumptibus in ultima infirmitate contractis; idque ob humanitatem, & commiserationem, ne alias ullus repariatur, qui curare velit aegrum, aut mortuum condigno honore sepelire. Haec conciliatio inter l. 45. ff. de Religios. & l. 9. C. qui prior. in pig. videtur praefertenda conciliationi Zoehii c. ff. qui prior. n. 20. dicitur l. 45. loqui de credito personali, non de pignoriibus. 2. Solvendi sunt creditores hypothecarii secundum ordinem fidei praetationis, aut temporis, secundum dicta tit. de pignori. num. 7. 2. Succedunt creditores personales, seu chirographarii, qui nullo praetationis, aut temporis ordine juvantur: sed si bona non sufficiunt pro rata summa debite fit calculo.

15. Q. VII. Quis sit effectus solutionis? R. Ex parte debitoris est liberatio ipso jure, non solum a debito principali, sed etiam ab obligationibus accessoriis pignoris, hypothecae, & fidejussionis, pr. in quib. mod. oblig. Ex parte creditoris est dominium rei solutae, si solvens fuit antea ejus dominus l. 10. C. h. t. secus in creditorem non transferitur nisi possessio, & conditio usufructuaria, l. 46. ff. de usurpar.

De modis aliis, quibus tollitur obligatio.

16. Q. VIII. Quid sit novatio, & delegatio? R. I. Novatio est prioris debiti in aliam obligationem transmissio, atque translatio, five prius, aut posterior debitum sit civile, five naturale, five claudicans, sicut in pupillo, l. 1. ff. de Novat. ac proinde novatio non liberat ab obligatione, sed eam in aliam commutat. Est duplex: necessaria, qua non litis contestatione, sed sententia iudicis, seu ex re iudicata inducitur, ut quod antea debebatur, v. g. ex mutuo, aut empto, jam debeatur ex iudicato, l. 29. ff. eod. & l. fin. C. de usur. rei iud. Voluntaria, qua inter creditorem, & debitorem volentes, media stipulatione inducitur. Et haec duplex est: novatio specificae talis, dum manente eadem persona, causa debentis mutatur; ut si debeas ex causa mutui, et media stipulatione velis debere ex stipulatu, vel sub conditione, aut in diem, l. 5. §. 8. §. 1. ff. h. t. Delegatio, dum mutatur persona debitoris, ut si Titius debitor loco sui substituat creditor Cajum debitorem. Huic alius est assignatio nominis, seu actiois, dum debitor debitorem suum creditor assignat, v. g. Titius debet 100. Cajo, & assignat Clodium, qui pariter 100. debet Titio. R. 2. Effectus novationis est, quod prior obligatio penitus extinguatur, est posterior obligatio claudicat, & ex una parte nulla sit, sicut in pupillo, §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. sibi enim creditor imputare debet, quod talem novationem inveniit, & v. g. pupillum pro debitore delegatum suscepit, ut consequenter regressum non habeat contra priorem debitorem; cum in eo penitus extincta sit obligatio. In quo delegatio differt ab assignatione nominis, qua debitum ipso jure non extinguunt, nisi conditionate, si creditor a debitore debitoris suum consequutus fuerit. Vide tit. ff. & C. de Novation. c. 3. Inst.

17. Q. IX. Quid sit acceptilatio? R. Est imaginaria solutio, seu liberatio stipulatione perfecta, v. g. centum, qua promisi, accepta fero, vel habeo; si creditor respondeat; fero, vel habeo, his verbis solum est debitum, acsi centum creditor numerasset. Acceptilatio extinguitur praesente obligatio verbalis: seu ex stipulatione orta: alia vero obligationes ex contractu reali, consensuali, aut litterali ortae, prius resolvi debent in stipulationem Aquilianam a Gallo Aquilio Juro, qui fuit Ciceroni familiaris, inventam: & debitorum ex hac stipulatione per acceptilationem extinguendum est, v. g. debet centum ex mutuo, & cum creditore facio stipulationem Aquilianam hoc modo: centum, que tibi debeo ex mutuo, visne tibi deberi ex promissione: si creditor reponat: volo, perfecta est stipulatio Aquiliana, & ego debet centum ex promissione, seu stipulatione: & rursum dico: centum, qua tibi promisi, accepta habeo; habeo, & haec est acceptilatio, qua prius debitum verbale extinguitur ipso jure. Sed ambages istae hodie non curantur; cum qualibet seria remissio, quibuscumque verbis fiat, aut signis, vim habeat solutionis debiti. De acceptilatione vide tit. in quib. mod. toll. & tit. ff. & C. de acceptilat.

18. Praeterea modo secundum tollendi obligationem sunt: consensus contrarius, seu dissensus, quo obligationes consensuales tolluntur: consensus, si debito creditori, & contra, haeres exilat, §. 15. Inst. de action. obligatio pecunia in iudicio; modo sit realis, & non verbalis, l. 9. C. de solut. redditis chirographi, qua creditor censetur condonare debitum, & facere pactum de non petendo, l. 2. ff. de pactis. Hanc vero praesumptionem non inducit redditio pignoris, cum haec ob aliam commoditatem fieri possit: chirographi autem redditio aliam commoditatem non habeat, nisi remissionem debiti. Pactum de non petendo, seu repetendo debito, ipso jure non extinguit obligationem, sed tantum praestat exceptionem, uti & compensatio, si opponatur: De hac

19. Q. X. Quid sit compensatio, & quid iuris circa eam? R. I. Compensatio est debiti, & crediti inter se contributio, l. 1. ff. de compensat. v. g. centum, quos tibi debeo ex mutuo, compensare possunt cum centum, quos mihi debeo ex empto. Hodie compensatio in omnibus iudiciis bonae fidei, & stricti juris locum habet, ipsoque jure extinguit debitum, dummodo opponatur, cum de se sit exceptio, §. 30. Inst. de act. l. fin. C. de compens. ubi solum excipitur actio depositi, & causa momentanea possessionis.

20. R. 2. Qui solvit, compensationem non opposita, solum tantquam indebitum condicere nequit, sed actione sua debitum repetet, l. 2. ff. & l. 6. C. eod. l. 8. ff. rer. amov. & l. 39. ff. de action. Imperator requirit compensationem pro hominem oppositam; ergo si non opponatur, solvitur debitum, & condicentio indebiti reperti nequit. Nec obstat, l. 10. §. 1. lib. 21. ff. de compens. l. 5. §. 2. ff. de impensis, l. 20. ff. de condit. indeb. a sensu contrari. nam haec, & similia jura procedunt in casu, quo lex ipsa absque facto hominis compensationem facit, & debitum, utrinque perimit, dum scilicet agitur de damno vitando ratione futurum ob moram, penae ob delictum, vendendi pignoris ob dilatum solutionem, amittenda emphyteutis ob non solum Canonem &c. cum non sit in mora, qui habet exceptionem non solvendi l. 40. in fin. ff. de R. C.

21. R. 3. Res, quae in compensationem veniunt, sunt quantitates, seu res numero, mensura, & pondere constantes, non vero corpora, seu species, ut equus, ager &c. l. 4. §. 5. & segg. C. de compens. l. 18. ff. de pignori. At compensatio quantitates opponi potest quandoquecumque etiam post sententiamante executionem, l. 2. C. de compens.

22. R. 4. Compensatio non tantum publica in iudiciis, sed etiam occultae, ex communi DD. est licita; dummodo debitum iustitiae sit certum, & non facile via juris recuperabile: ita textus generales l. 76. ff. de P. S. l. 4. C. de compens.: nam jure naturali licitum est se indemnem facere, & ex rebus debitoris sibi solvere, si alter solutio obtineti nequeat, cum ita nulla injuria fiat debitori. Hoc autem modo compensans tenetur efficere, ne debitor bis eandem rem solvat, ne gravius damnum debitori eveniat, vel magna

suspicio furti contra alterum; item aliqua ratione docere debitorem de extincto debito, ne scilicet in mala fide non solvendi perseveret, Reiff. a. n. 41. Cetera de compensationibus vide in §. 30. & 39. de action. & tit. ff. & C. de compens.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

Agitur de hac materia in Decreto Can. 7. & segg. d. 36. & 16. quae. 1. Can. 42. cum segg. in Instum. lib. 2. tit. 7. in Pandectis lib. 39. tit. 5. 6. in Codice lib. 8. tit. 54. usque ad 57. nov. 87. 92.

1. Nota 1. Donationem admitti contractibus, licet de se contractus non sit, sed actus liberalitatis, qui ex privilegio, & assensu juris patit obligationem, & actionem, sicut pacta legitima l. 1. C. h. t. Donatio quoad nomen, est doni datio, quoad rem est liberalis rei datio; nullo jure cogente facta l. 29. ff. h. t. Differt a promissione acceptata, quia haec non habet actualem translationem domini; bene vero donatio, praesertim perfecta, ut patet ex his actibus: promitto tibi hoc pecuniam, dono tibi hoc pecuniam.

2. Nota 2. Donationem dividit: 1. In realem, seu perfectam, que fit cum actuali traditione rei: & simplicem, seu verbalem, aut imperfectam, qua res actu quidem datur, non tamen actu extrahitur; adeoque perficienda erit actuali traditione. 2. In gratuitam mere, quae fit ex puro motivo liberalitatis, & ob nullam aliam causam beneficio extrinsecam: & in donationem ob causam, puta extrinsecam, quae non solum in puro motivo liberalitatis, & beneficii, sed fit ob causam extrinsecam, & ex quodam debito; uti dos, donatio propter nuptias, collatio beneficii Ecclesiastici &c. Et haec non est proprie donatio, cum quis ad eam jure cogi possit. Sub hac contineri videtur donatio amicitialis, seu remuneratoria, que fit ex debito gratitudinis ob merita donatarii, vel ejus patris, aut avicujus ex familia, l. 1. 27. ff. h. t. nam licet ex iustitia non sit obligatio donandi, est tamen ex gratitudine; causa vero gratitudinis extrinseca est beneficentia, & liberalitas. Sed cum donatio remuneratoria nullo jure cogente fiat, sine absurdo dici potest vera donatio. 3. In donationem inter vivos, que fit nullo mortis intuitu, five illam faciat quis sanus, five infirmus; & mortis causa, que fit mortis intuitu five a sano, five ab infirmo. Praeterea donatio alia est pura, alia conditionalis: alia in diem certum, vel incertum &c.

3. Q. I. Qui donare possunt inter vivos? R. Regulariter omnes, & soli domini, qui rerum suarum administrationem habent, & specialiter a jure non prohibentur, l. 27. in re C. mandati, quia jus quatuordecim moderator, & arbiter existit. Defectu domini donare nequeunt 1. Tutores, & curatores, & Praetori ex rebus Ecclesiae, praeter modicas donationes, maxime remuneratorias, quae secundum morem patriae admitti consueverunt, l. 12. §. 2. ff. de admin. tutor. c. 2. §. h. t. & procuratores etiam cum libera sine specialissimo mandato l. 7. princ. ff. h. t. & religiosi sine consensu Superioris, cum per votum paupertatis dominio se abdicaverint. 2. Defectu liberae administrationis donare nequeunt pupilli, minores, & prodigi, quibus administratione interdictum est.

4. R. 2. Jure prohibentur donare 1. Pater filio in patria potestate constituto, ne sibi ipsi donare videatur, lib. 11. Cod. hoc tit. haec tamen donatio, si non revoceatur, convalescit per emancipationem filii, vel mortem patris, lib. 31. §. 2. ff. hoc tit. At donatio ob causam valide fit filio, v. g. propter nuptias, ludia, militiam, merita; vel si pater remittat usufructum in bonis adventitiis, vel si quid donet filio naturali. 2. Uxor marito, & contra, ne amor conjugalitatis fiat venalialis, l. 1. §. 3. ff. de donation. in. v. & U. 3. Miles sine focaria, seu concubinae, l. 2. §. 5. C. de donat. in. v. & U. quod speciale est, cum alias donatio facta meretrici valeat. Idem privilegium competit Clerico, seu militi caelesti. 4. Beneficiarius ex redditibus superfluis ad causas profanas, quia redditus superflui, si non ex iustitia, saltem ex praeepto Ecclesiae expendendi sunt in causas pias; de quo in tit. seq. §. filius, ex bo.



que, & ad hac a domino obtinenda competet vasallo actio personalis, que dicitur *actio feudalis*, seu *condictio ex moribus*.

14. Q. V. *Que sint iura, & obligationes vasalli?* R. Hic præter jus domini utilis, habet jus exigendi ea, que sibi a domino debentur. Obligatur autem I. Præstare juramentum fidelitatis, vi cuius dominum, & personas ipsi proxime conjunctas defendat in vita, honore, & bonis; & damna, quantum potest avertat, 2. F. c. 5. & seqq. in quo juramento excipitur Papa, Imperator, patria, & pater vasalli, non vero pater domini 2. F. c. 28. in fin. II. Præstare servitia personalia, maxime militaria, saltem per substitutum, 2. F. 26. §. 5. &c. nisi bellum esset injustum. III. Tenetur re feudali uti fructi, tanquam bonus pater, & reparare damna pro dolum, culpam latam, aut levem data.

15. IV. Tenetur renovare investituram, que quidem renovatio facienda est, quoties mutatur sive persona domini, sive vasalli, 2. F. 40. pr. & tit. 55. pr. tum ut novus dominus agnoscat a vasallo; tum ut novus vasallus recognoscat feudum a domino datum: quod speciale est; cum in aliis contractibus, qui active, & passive transunt in successores; non sit opus renovatione. Tempus pro renovanda investitura pro vasallo pagano, seu non milite, est annus, & dies; & pro milite annus, & mensis computandus a tempore feudum antiqui sibi delati, vel a tempore, quo dominus novus priori successit, 2. F. 22. 40. & 52. feudum committitur. In renovatione investituræ præter juramentum fidelitatis præstatur etiam *relevium*, cum scilicet dominus mutatur per mortem, non vero per translationem domini directi, ne vasalli sæpius veniant. Nominem autem *relevium* solvitur vigesima pars, seu alia major, vel minor secundum loci consuetudinem.

16. V. Vasallus sine consensu domini non potest alienare, vendendo, donando, locando, legando, oppignorando, servitutum constituendo perpetuum, vel aliud jus transferendo; secus alienatio est invalida, & alienans saltem dominium utile, feudum perdit: emens vero scienter amittit pretium; & notarius conficiens instrumentum punitur privatione officii, & amputatione manus, 2. F. 41. 44. 45. nam hoc modo gravis contemptus fit domino. Imo feudum vetus sine consensu agnatorum alienatum, mortuo alienante, vindicari potest ab agnatis sine refectione pretii, ne rem suam emere videantur, 2. F. 39. 45. Hoc tamen jus revocandi non competit filiis, qui in jure feudali nomine agnatorum non veniunt, 1. F. 8.

17. Q. VI. *Quomodo feudum amittitur?* R. 1. Totali interitu rei: si vero ædes solum collabantur, feudum manet in arca, sicut dominium: in quo differt ab usufructu, qui in domo constitutus, ea combusta, extinguitur, cum in superficie consistat, non vero ad solum, & ateam penetret, §. 3. *Inst. de usufr. l. 5. §. 2. ff. eod. 2. Mortis vasalli*, nullis existentibus hæredibus feudalis: item *renuntiatione*, seu renuntiatione, modo fiat absque præjudicio domini, & agnatorum, & potissimum *commessione felonie*, seu delicti, cui annexa est privatio feudi. Quale delictum non tantum est contumacia vasalli in dominum, sed quodcumque capitale, vel famosum crimen, ob quod vasallus honeste stare nequit in curia domini, 2. F. 1. neque feloniam futura remitti potest; quia hoc inhonestum est, invitans vasallum ad delinquendum, 3. Ex persona domini resolvitur feudum, si is moriatur sine hærede, vel feloniam committat in vasallum, seu tale delictum, quod si vasallus commiserit, privatus fuisse feudum: nam in hoc utroque casu dominium directum devolvitur ad vasallum, non ad fructum, Schmier, & alii. Perro si feudum valet sine culpa vasalli, dicitur *aperum*, seu *apertura feudi*: si vero valet ob culpam, dicitur *feudum commissum, caducum*, seu redactum in *panam caducitatis*.

18. Q. VII. *In quibus delictis committatur feloniam?* R. 1. In delictis commisionis; uti sunt vitam, aut famam domini lædere, ejus uxorem, filiam, neptem, socrum, aut nurum in familia existentes violare, feudum notabiliter deteriorare, subditos male tractare, dominum criminaliter accusare absque iusta Prætoris, crimen famosum committere, maxime in Principem, & sine consensu domini feudum alienare, 1. F. 5. &

21. & 2. F. 24. §. 2. v. item si. Ut autem dicatur feudum alienatum cum effectu, sufficit translatio possessionis titulo constituti, 2. F. 42. & 55. neque civili revocatione jus quantum domino, & pena caducitatis tollitur, 2. F. 44. nisi aliud haberet consensus, aut venditio; seu alienatio fuisset conditionata *salvo jure domini*.

19. II. In delictis omissionis, uti sunt: non petere renovationem investituræ, nisi iusta causa excusaret, non præstare debita servitia, dominum in bello deserere, ei damnum imminens non avertere, vel denuntiare, domino justitiam petenti non satisfacere, 1. F. 22. pr. & 2. F. 24. §. 2. & tit. 55. §. 2.

20. In his casibus regulariter ad privationem feudi requiritur sententia condemnatoria ferenda in *laudemano*, seu iudicio feudali 1. F. 21. & 22. §. 2. excepta feloniam, alienatione sine consensu domini, crimine lese majestatis: & si feudum est ab Ecclesia datum, crimine conditi statuti contra libertatem Ecclesiasticam, quibus casibus ipso jure feudum amittitur, *ib. & l. 5. C. ad L. Jul. maj. c. 53. de sent. excom.* nisi dominus expresse, vel tacite feloniam remittere: quo casu jus revocandi feudum non transit ad hæredes domini, sicut nec actio ingrati ad hæredes donantis, l. 7. C. de *revocand. donat.*

21. Q. VIII. *Ad quem devolvatur feudum caducum?* R. 1. Si feudum est novum, redit ad dominum, cum adhuc nulli sit jus quantum ad successionem, 2. F. 24. §. denique ibi: *si tamen beneficium fuerit patrimonium*; ergo si non est patrimonium, sed novum, redit ad dominum.

22. II. Si feudum est vetus, & ob feloniam non renovata investitura sit caducum, redit ad dominum pro eo tempore, quo vasallus, & ejus descendentes vivunt; his vero mortuis ad agnatos: quo sensu explicatur textus 2. F. 55. ibi *transacto & 2. F. 24. Quæ sententia media*, utpote æqua, videtur servanda etiam in casu caducitatis ob alienationem male factam, vel ob delictum in ipsam personam domini paratum; ut ob machinationem, vel violentas manus in eum injectas &c. Si vero caducitas accidit ex alio delicto, regulariter succedunt proximiores agnati, exclusis filiis vasalli.

23. III. Si Prælati commisit feloniam, Ecclesia feudum non amittit; sed interim fructus feudi ad dominum revertuntur, donec novus Prælati succedat. Quod si feudum fuit commune Prælati, & capituli, & hoc etiam deliquit, non tantum fructus ad mensam Prælati, sed etiam ad mensam capituli pertinentes redeunt ad dominum, donec delictum purgetur, 2. F. 40. §. item si. Ceterum fructus ante sententiam condemnatoriam cedunt vasallo, postea vero domino.

24. Si autem feudum aperitur sine culpa vasalli, annus regulariter incipit computari a Septembri, exceptis vindemiis, quæ ad annum præcedentem spectant. Si ergo moriatur vasallus ante calendas martii, omnes fructus sunt domini; si post calendas martias usque ad augustum inclusive, omnes fructus sunt hæredum alodialium vasalli. Sed in his, aliisque negotiis feudalis consuetudo, & praxis cujusque loci consulenda.

TITULUS XXI.

De Pignoribus, & aliis cautionibus.

De hac materia agitur potissimum in jure civili: in Institutionibus lib. 3. tit. 15. §. 4. in Pandectis lib. 13. tit. 7. & lib. 20. per tot. In Codice lib. 8. tit. 14. usque ad 35. Item de satisfactionibus judicialibus in Inst. lib. 4. tit. 11. in Pandectis lib. 2. tit. 6. §. 9. 11. & l. 46. tit. 6. 7. 8. Item de pignoribus agitur Nov. 52. c. 1. Nov. 97. c. 3. 4. Nov. 109. c. 1. Nov. 120.

1. Nota 1. in h. t. agi principaliter de contractu pignoris, cui in cap. fin. additur dispositio de cautione usufructuaria: quia sicut pignoribus, ita quoque cautionibus, & fidejussionibus, de quibus in tit. seq. alii contractus firmantur.

2. Nota 2. Pignus a pugno dicitur; quia de manu traditur l. 238. §. 2. ff. de P. S. formaliter vero esse contractum reale, quo debitor creditoris jus in re constituit in securitatem debiti. In hoc contractu consensus pacti habet se inlar formæ; res vero obligata instar mat-

matæ. Pignus, & hypotheca in generica significatione non differunt; nam *inter pignus, & hypothecam tantum nominis sonus differt* l. 5. §. 1. ff. h. t. Specificæ vero solent distinguere: nam pignus perficitur traditione rei, regulariter mobilis, licet etiam immobilis tradi possit; hypotheca autem nudo pacto, seu conventionem constituitur sine traditione rei, §. 7. *Inst. de act. l. 9. §. 2. ff. de pignorat. act.* in effectu tamen non differunt; quia & pignus, & hypotheca rem afficit, & gravat, paritque, præter actionem personalem ex contractu, etiam actionem realem ratione juris realis quæ sit in re obligata, *cit. §. 7. de action.*

3. Nota 3. Pignus, & hypothecam dividi: 1. In generalem omnium bonorum; & specialem unius, vel alterius rei determinate. 2. In expressam, quæ nominatur, & expresse partium conventionem constituitur; & tacitam, quæ perierunt a jure, seu lege inducitur; & ideo *legalis* vocatur, cujus exempla infra dabuntur. 3. In voluntariam, seu conventionalem, quæ ex partium consensu constituitur; & necessariam, quæ auctoritate iudicis inducitur; uti est pignus *prætorium* ex primo decreto, quo quis mittitur in possessionem bonorum debitoris ex causa contumaciæ, & absentie l. 1. 2. C. de *prætor. pign.* item *judiciale*, quod inducitur per sententiam condemnatoriam debitoris, & immisionem in ejus bona ad effectum executionis. Judiciale pignus sæpe confunditur cum prætorio, de quo *egi lib. 2. tit. 15.*

4. Q. I. *Qui possint rem pignori obligare?* R. Generaliter omnes, qui alienare, cum creditor, debito non soluto, pignus distrabere possit. Unde pignorate nequeunt tutor, curator, Prælati saltem pignore specialis, res immobiles, vel mobiles pretiosas sine debitis solemnitatibus: imo nec res minoris comparari possunt cum conditione pignoris, ut venditor in eis pignus habeat; donec minor solvat, l. 1. §. fin. ff. de *reb. minor. non alien. 2.* Procurator, nisi constitutus sit *cum libera*, vel præsumatur consensus domini l. 11. & 12. ff. de *pignorat. act.* 3. Maritus fundum dotalem, etiam uxore consentiente, l. un. §. 15. C. de *rei uxor. act.* Ceterum recipere pignus potest omnis, & solus ille, qui ex contractu obligari: & ideo pupillus sine tutore auctore pignus non accipiet, propter metum pignoratitæ actionis, l. 38. ff. de *pignorat. act.*

5. Q. II. *Que res pignori, & hypotheca subjici possunt?* R. Regulariter omnes res, que vendi, & alienari valent; ut bona immobilis, mobilia, usufructus, servitutes prædiales, emphyteusis, feudum cum consensu domini, calendarium, seu nomina debitorum; imo ipsum pignus alteri subpignoriari potest l. 1. §. 1. ff. *quia res pignori.* E contra sicut alienari, ita pignori prohibentur res sacre, ut beneficia Ecclesiastica, calices, & alia sacra supellex, nisi in casu urgentis necessitatis, res publico usui deputate; ut fora, plateæ, res litigiosæ, alienæ sine consensu domini: denique homo liber, c. 2. h. t. l. 12. C. de O. & A. Pater tamen in casu extreme necessitatis potest filium oppignorare; quod hodie vix est in usu.

6. Q. III. *Qui, & in quibus rebus habeant hypothecam tacitam, seu legale?* R. 1. Maritus in bonis uxoris, vel alterius dotantis pro dote sibi præstanda, l. un. C. de *rei uxor. act.* & e contra uxor in bonis mariti pro dote restituenda; imo & pro bonis paraphernis, quorum maritus administratorem habet, sed sine prælatione, *ibid. & l. 29. C. de jur. dot. c. 5. h. t. 2. Fidei in bonis subditorum, l. 1. 2. C. in quib. causis pign. tac. contr. 3.* Pupilli, & minores in bonis tutorum, & curatorum, in bonis matris, si ista tutrix sit; imo & vitrici, si mater nubat, l. 20. C. de *admin. tutor. l. fin. C. de legiti. tut. & argumento* minorum Ecclesia in bonis suorum administratorum. 4. Pupillus in re empta ex pecunia pupillari, l. 7. ff. *qui prior. in pign.* 5. Venditor in re vendita, si emptor pretium non persolvit, l. 13. §. 8. ff. de *empt. 6.* Dans pecuniam mutuum ad res restituendas in ipsis actibus, l. 1. ff. in *quib. causis pign.* 7. Redemptor in servo, quem ab hostibus redemit, l. 20. §. 1. ff. *qui testam. fac. 8.* Legatarii, & fideicommissarii in rebus a testatore relicti §. 2. *Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat. 9.* Locator in rebus a conductore in prædium urbanum; & probabiliter etiam in prædium rusticum illatis investitis, non tantum pro securitate mercedis, sed

etiam satisfactionis pro damnis illatis, l. 2. ff. & l. fin. C. in *quib. causis pign.* & l. 5. C. de *locat. 10.* Dans pecuniam pro militia acquirenda Nov. 97. c. 4.

7. Q. IV. *Qui creditores sint potiores in pignore?* R. Ex regula generali: *Qui prior tempore, prior jure* l. 2. C. *qui prior. in pign.* Ille autem intelligitur prior tempore, qui prius pignus, vel hypothecam accepit; non vero qui prius credidit, l. 8. C. *qui prior.* imo hodiernis moribus hypotheca ut rem afficit, & prælatione gaudet, constitui debet coram legitimo magistratu. Data regula non est sine suis exceptionibus: nam dantur creditores posteriores privilegio protomiosos, seu prælationis gaudentes, qui creditoribus anterioribus in hypotheca præferuntur, unde.

8. R. II. Fiscus in causa primipilari præferatur quibuscumque creditoribus, etiam mulieri agenti de dote sua, l. 1. 3. C. de *primipilo*, l. 4. C. in *quib. causis pign.* Quid nomine primipilli significetur, vide in lexico Kahl. Hic primipillus, seu primipilaris, aut primipularius, est præfectus annonæ, & stipendiarius militarium, quorum causa, utpote publica, præferatur omnibus privatis: imo filii primipili, licet hæredes non sint, tenentur ex causa primipilari, l. 11. C. de *compens. At* in aliis causis fiscus, vel respublica generalem regulam sequitur: *qui prior tempore &c.* l. 4. C. de *priv. Fisci*, l. 4. C. *qui prior. in pign.* 2. Dans pecuniam pro emenda militia præferatur doti mulieris, Nov. 97. c. 4. servata solemnitate instrumenti ibi præscripti. 3. Dans pecuniam pro reficiendis ædibus, in his præferatur aliis, etiam doti mulieris, l. 5. 6. ff. *qui prior. in pign.* Nov. 97. c. 3. quo privilegio non gaudet dans pecuniam mutuum pro emenda, vel extruenda domo l. 7. G. *qui prior.* quia major favor est ædium reficiendarum, quam emendarum, vel extruendarum, arg. l. 7. ff. de *offic. præsid.* 4. Pupillus in re nummis pupillaribus comparata, prælationem habet, l. 7. ff. *qui prior.* 5. Mulier quo ad dotem suam præferatur omnibus creditoribus anteriore hypothecam habentibus, saltem si solum tacita sit, exceptis hic enumeratis in n. 1. 2. 3. An vero mulier præferatur creditoribus anteriore expressam hypothecam habentibus, acriter disputant Civilistæ. Ego pro negativa resolvam in meis disp. civ. disp. 11. *controv.* 10. Cetera de his vide in Civilistis.

9. Q. V. *Quid juris, & obligationis habeat creditor hypothecarius?* R. ad 1. Creditor in re oppignorata habet jus reale, & possessionem, qua jus pignoris suo nomine; jus vero proprietatis nomine debitoris possidet: & ideo possessio ista prodest debitori ad usucapionem. Et hoc jus reale extenditur etiam ad ea, que postea ex re nata sunt, l. 6. 18. §. 2. ff. de *pignorat. act.* 2. Vi hujus juris realis creditor non præjudicat debitor rem vendendo, donando, vel altera alienando; quia a quocumque possessore eam revocare potest, l. 17. ff. de *pignorat. nisi alienationi consentiendo hypothecam remisisset*, l. 8. §. 6. ff. *quib. mod. pign. solv.* 3. Creditor rem sibi pignoratam potest subpignorare alteri; non tamen pro majori quantitate, nec ultra tertiam pignorationem: soluto autem debito a primo debitor, extinguitur jus pignoris etiam in secundo, & tertio creditore, quia resoluta jure auctoris, resolvitur jus creditoris, l. 2. C. *si pignus pignori.* 2. Si tempore præfixo debitum non solvatur, creditor post trinam denuntiationem, in qua maxime loci consuetudo attenditur, procedere potest ad venditionem rei, & fructuum, ut ita sibi satisfiat pro debito, l. fin. §. 13. C. de *jure domini. impetr.*

10. R. ad 2. Obligatio creditoris est, ut rem diligenter custodiat, & in damnis præstet dolum, culpam latam, & levem l. 25. ff. de *pign. act.* 2. Ne re utatur pro suo commodo; secus furtum committit l. 23. ff. h. t. l. 54. ff. de *furtis*; nisi præsumatur consensus domini, v. g. ad librum legendum &c. 3. Solutio debito, tenetur rem pignoratam, cum omnibus fructibus restituere, l. 11. ff. de *pign. act.* l. 16. 21. ff. h. t. si vero tantum pars debiti soluta est, non tenetur pignus, utpote individuum, restituere l. 6. C. de *distract. pign.*

11. In tribus tamen casibus fructus non sunt restituendi, vel computandi in fortem: Primo, si maritus habeat pignus pro dote sibi promissa; cum fructus isti cedant ad sustinenda onera matrimonii c. 16. de *usur. Secundo*, si Clericus percipiat fructus ex beneficio, quod laicus

eus iniuste detinet, c. 1. in fin. de usur. Tertio, si vasallus feudum domino oppignoravit, dummodo dominus servitium remittat, c. 1. de Feud. quia fructus feudi sub hac tacita conditione conceduntur vasallo, si obsequia domino praestet. Denique quod creditor in pignus impendit, modo sint impense necessariae, & utiles, compensare potest ex fructibus; & quod superest, in fortem computabit, l. 8. pr. & 25. ff. de pignor. act. c. 1. 2. de usur.

12. Q. VI. *Quae actiones oriuntur ex contractu pignoris?* R. 1. Actio hypothecaria, seu *utilis*, vel *quasi servitiana* competens creditori, ut ratione juris realis ipsam rem sibi pignoratam, seu hypothecam persequi, & vindicare possit a debitore, vel alio quocumque possessore, ad eam retinendam, vel alienandam, nisi a debitore redimatur, §. 7. *Inst. de actio.* contra tertium tamen non intentatur, nisi prius excusso debitore principali, *amb. si debitor. C. de pignorib.* pro revocandis illatis investitis in praedium competit locatori *actio servitiana*, c. 1. §. 7. de *actio.* utraque ista actio est realis praetoria, de qua fufius Civilitate. 2. Actio *pignoratitia* personalis directa competens debitori contra creditorem, ut soluto integro debito, pignus cum fructibus restituatur, & damna illata refarciantur, lib. 11. §. 12. *C. de pignor. act.* Pignoratitia vero *contraria* competit creditori contra debitorem, ut impensis in pignus factas refarciantur; & si res evicta fuit, praestet evictionem, l. 3. §. 9. & 33. ff. de pignor. act. l. 38. ff. de evict. An actioni pignoratitiae directe, seu iuri luendi pignoris praestari possit, controvortunt Civilitate: pro negativa flet in meis disp. civil. disp. 8. com. 2. Jam de pactis, quae admiseri solent pignori.

13. Q. VII. *An amichefisis, seu pactum amichefificum sit licitum*, vi cuius creditor tantum fructus percipit ex pignore, quamdiu debitum non exolvitur? R. Negative ex c. 4. h. t. §. 1. & c. 1. 2. de usuris; ubi pactum hoc tanquam usurarium reprobat, & fructus in fortem computari jubentur. Atque ita leges civiles, si quid contrarium admittunt, corriguntur, ut l. 1. §. 3. l. 11. §. 1. ff. h. t.; nam usura est, quicquid ultra fortem accipitur: sed fructus pignoris, nisi computentur in fortem, ultra fortem accipiuntur, ergo. Donatio vero frustra hic fingitur: quomodo enim donabit, qui egerit, & egestate adactus rem oppignorat?

14. Q. VIII. *An in pignoris licita sit lex commissoria, seu pactum legis commissoriae*, vi cuius, si debitor statuto tempore non solvat, res pignoratita committatur, & transferatur in dominium creditoris? R. Negative, nisi tale pactum ex intervallo adiciatur, c. 7. h. t. §. 1. ff. h. t. §. 1. ff. C. de pactis pignori: nam hoc pactum est nimis asperum, captionis tenerae, avaritiae, & usurae nutritivum; cum pignus fere semper majoris sit pretii, quam debitum; ergo merito ab utroque jure reprobat. Quia vero in emptione-venditione nullum est periculum usuratum, & fraudium, in ea locus est legi commissoriae; ut si certo die non solvatur, res sit incerta. Hic exceptio solet casus dotis, si locer oppignorat rem, ut, si certo tempore pecuniam pro dote non numeret, res in dorem cedat; nam hic alternativa constituitur dos vel in pecunia, vel in re; nisi aliud de mente constituentis constet.

15. Q. IX. *An licitum sit pactum, ut, si certo tempore non solvatur, pignus vendi possit?* R. Si venditio fiat iusto pretio, valet tale pactum, neque aliquid iniustum continet, cum excessus pretii debitori restituatur: onus vero vendendi imponitur in penam morae in solvendo commissae.

## De Cautionibus.

16. I. Cautio est assessoria partis alterius circa id, quod sua interesse, vel quod sibi debetur. Est triplex: cautio *simplex*, seu *verbalis*, quae fit nuda promissione: *juratoria*, quae fit promissione iuramento firmata: & *idonea*, quae fit datis fidejussoribus, vel pignoribus, l. 1. ff. de satisfact. Et haec cautio *idonea*, seu *sufficiens* proprie, & specificè dicitur *satisfactio*: licet in jure, & communi usu *cautio*, & *satisfactio* saepe confundantur.

17. II. Satisfactio dividitur in *necessariam*, quae a lege, vel magistratu imponitur, ut tutoria *rem pu-*

*pilli salvam fore*, tit. ff. de satisfact. tutor. & *voluntariam*, seu *conventionalem*, quae fit ex consensu partium, v. g. ad securitatem mutui restituendi. 2. In *judiciali*, quae ad iudicia recte, & sine periculo expediendi interponitur; cuius tres sunt species: *judiciali-ficta*, tit. ff. qui satisfact. rem ratam haberi tit. ff. rem rat. iudicatum solvi tit. ff. iudic. solvi. quibus additur *quarta de expensis solvendis*; & *extrajudiciali*, quae in negotiis extrajudicialibus ad securitatem interponitur, ut cautio damni infecti tit. ff. de damno. infecti. de legato conditionali post eventum conditionis solvendo, tit. ff. ut legat. nom. cav. Item satisfactioes de re non distrabenda, de securo carcere, de non offendendo &c. Quae notitiam theoreticam huiusmodi satisfactiois desiderat, consulat Civilitas ad tit. hic citatos: practica vero notitia haurienda est ex locorum consuetudine. Pro intelligendo c. fin. h. t. aliquid dic de cautione usufructuaria.

18. III. Usufructuarius tenetur praestare cautionem idoneam per fidejussores, aut pignora; quod vel re fructuaria utitur, salva ejus substantia, finito usufructu eam restituere; & si culpa percat, adimentione rei date, c. fin. h. t. & tit. ff. usufr. quemad. cav. si vero habet quasi usufructum in rebus fungibilibus, cavere debet, quod finito quasi usufructu, v. g. pecuniae, tantundem restituat, ibid. §. 1. 2. ff. de usufr. ear. rer. 2. Haeres restituere potest cautionem usufructu; non vero testator in praedictum haeredit l. 7. ff. ad L. Falcid. l. 1. C. de usufr. Lex vero cautionem istam remittit patri in bonis adventitii filii l. fin. §. 4. ff. de bon. qualib. non tamen matri, quae caret patri potestate. Donatori omnium bonorum usufructum sibi reservanti l. 19. §. 1. ff. de iud. Item usufructu l. 1. §. 8. ff. ut legat. nom. cav. cum semper praesumatur esse solvendo. Cetera de his vide in jure civili. Casus speciales de materia pignorum utiliter perillustratis in iuribus in fronte hujus tituli citatis.

## TITULUS XXII.

## De Fidejussoribus.

Agitur de hac materia potissimum in jure civili; in Institutionibus lib. 3. tit. 21. in Pandectis lib. 46. tit. 1. & de Fidejussor. Tutor. lib. 27. tit. 7. in Codice lib. 8. tit. 41. Item de Fidejussor. minorum lib. 2. tit. 21. de Fidejuss. tutor. lib. 5. tit. 57. In Authentico Nov. 4. §. 51.

1. Nota 1. Fidejussionem dici *a fide*, & *iussum*, quia fidejubs alterum de sua fide jubet securum esse. Fidejussio, quoad rem est contractus verbalis, quo quis rogatus alienam obligationem in se recipit, si principalis debitor manens obligatus non esset solvendo: ita in re debitor. Ex qua definitione patet, fidejussorem distinguendum ab alio personis, quae pro altero intercedunt: nam *sponsor* sponte propria intercedit, & actione mandati convenit debitorem, si pro eo solvit lib. 18. ff. mandati. *Mandator*, qui alteri pecuniam credit, seu mutuum dari mandat; quo casu mandator obligatur danti actione mandati; mutuarius vero actione mutui l. 13. ff. de fidej. & mand. *Expromissor* reum liberat, & principalem obligationem in se suscipit. *Constitutor* nudo pacto constituit se solviturum id, quod alter debet, vel quod debet ipse constitutus; adeoque in constituto supponitur debitum praecedens; in fidejussione vero debitum potest praecedere, vel subsequi.

2. Nota 2. Fidejussionem, non secus ac satisfactionem dividi in voluntariam, & necessariam, judicialem & extrajudicialem, ut tit. praecedenti dictum. Praeterea fidejussor alius est *principalis*, qui obligat se pro debitore principali l. 27. §. 2. 4. ff. h. t. alius *succedaneus*, seu *vicarius*, qui obligat se pro fidejussore l. 8. §. fin. ff. eod. alius *indemnitate*, qui obligat se in residuum, si hoc creditor consequi non possit.

3. Nota 3. Fidejussionem esse speciem stipulationis, & conf. de jure Romano debere fieri per certam verborum formulam, sicut fit stipulatio lib. 8. §. 12. C. hoc tit. sed quia formulae istae stipulationum jam exoleverunt, & hodie omnis fides, & deliberata promissio vim habet stipulationis; ideo fidejussio fieri potest quacumque verborum, aut signorum similitudine.

## De Fidejussoribus.

forma, etiam per epistolam, aut procuratorem, Happ. Schmier. &c.

4. Q. I. *Qui fidejuberé possint?* R. Omnes, & soli illi, qui ex contractu obligantur, nisi specialiter a jure prohibeantur. Prohibentur autem, praeter infantes, & amentes; 1. *Pupilli* sine auctoritate tutoris, & minores sine auctoritate curatoris, nisi pro patre incarcerato; §. 1. *Inst. de aub. Tut.* Si autem minor curatoris carens, fidejubeat, & laxatur, saluum habet beneficium restitutionis in integrum. 2. *Militis*, ne a castris avocetur, l. 8. §. 1. ff. qui satisfact. 3. *Religiosi* sine consensu Praelati: imo nec consensus iste dandi debet in praedictum monasterii c. 4. h. t. c. 2. de solutione. 4. *Clerici* c. 1. h. t. ne secularibus negotiis se implicent. Si tamen fidejubeant, tenet fidejussio, cum non irritetur. 5. Praelatus, saltem pro magna quantitate *Can. 29. re quidem* 11. q. 1. si tamen fidejubeat nomine suo, ille solus obligatur ex bonis patrimonialibus, & fructibus sui mensis; si vero fidejubeat nomine Ecclesiae cum consensu capituli, tunc quidem Ecclesia obligatur, sed laesa restituatur. 6. *Mulier* ex privilegio S. C. Vellejani, propter imbecillitatem sexus, ut cum effectu nec pro marito, nec pro extraneo fidejuberé possit l. 1. 2. ff. & l. 1. C. ad S. C. Vellej. nam licet talis fidejussio mero jure valeat, tamen actio inde orta submovetur exceptione dicti S. C. Vellejani; & si liquid a muliere ex causa fidejussionis solutum est, repeti potest: imo solutum, velut indebitum, ante sententiam tenetur restituere creditor l. 16. §. 1. ff. eod.

5. Cessat autem exceptio S. C. Vellejani in multis casibus: 1. Si femina est valde illustris, ut regina &c. 2. Si pro fidejussione pretium accepit lib. 23. C. ad S. C. Vellej. 3. Si id, pro quo fidejussit, equivalenter debeat creditori, l. 3. 13. 22. 24. ff. eod. 4. Si fidejussit in dotem alterius, ne mulier maneat indotata, l. fin. C. eod. 5. Si intercessit pro servo ad obtinendam libertatem l. 24. C. eod. quod alique extendunt ad alias pias causas. 6. In casu, quo privilegium mulieris vincitur a fortiori privilegio; ut si apud creditorem minorum fidejubeat l. 12. ff. de min. quia privilegium aetatis praevalet. 7. Si renuntiet expresse S. C. Vellejano, postquam de illo sufficienter edocta fuit, cum favori suo renuntiare possit, & aliquando tenetur, ut si tutricem agat liberorum *amb. marri C. quando mulier*. vel si judicium fustinet pro debitore l. fin. §. 4. ff. ad S. C. Vellej. Plura de hoc S. C. vide in Civilitate & in tit. ff. & C. ad S. C. Vellej.

6. Q. II. *Cui obligationi accedere possit fidejussor?* R. Regulariter omni obligationi, etiam naturali, vel civilis tantum, vel claudicanti, ut in pupillo, vel minori contrahente sine auctoritate tutoris, aut curatoris §. 1. in h. t. l. 1. ff. eod. ubi Ulp. generaliter dicitur: *omni obligationi fidejussor accedere potest*. Excipitur 1. *Obbligatio doris* ab uxore data, pro qua uxor non potest exigere fidejussorem a marito, ne causa perfidiae generetur in connubio, & amor conjugalit minuatur, l. 1. 2. C. ne fidej. dor. don. fecus si fidos daretur ab extraneo. 2. *Causa criminalis* criminaliter intentata ad penam corporalem: ad hanc enim fidejussor non potest se obligare, cum non sit dominus vitae, & membrorum l. 56. §. fin. l. 70. §. fin. ff. h. t. 3. Denique fidejussio corrumpit, si principalis obligatio nullo modo subsistat, nec vere, nec fide, seu per translationem obligationis principalis in fidejussorem: nam deficiente obligatione principali, deficit etiam fidejussoria, utpote accessoria, §. 1. 3. *Inst. h. t. l. 10. 16. 70. §. 4. ff. eod.* Unde non valet fidejussio in contractu usurarium, in venditione beneficii Ecclesiastici, in promissione rei turpis &c.

7. Q. III. *In quam summam obligari possit fidejussor?* R. 1. In eam summam, vel minorem, quam debet reus principalis l. 9. ff. h. t. nam cum libere fidejubeat, pro toto, vel pro parte debiti se obligare potest. Quodsi fidejussit indeterminate pro tota causa, obligatur etiam ad usuras solvendas, quae debentur ex mora debitoris l. 68. §. 1. ff. eod.

8. R. 2. Fidejussor non potest obligari in plus extensive, seu in majorem summam, §. 5. *Inst. & l. 8. §. 7. ff. h. t.* nam obligatio accessoria nequit excedere principalem. At in plus intensive, seu fortius potest fidejussor obligari v. g. addito iuramento, instrumento publico habente paratam executionem; vel si principa-

P. Romigii a S. Erasmo. Pars II.

lis debitor obligatus est tantum naturaliter, fidejussor obligari potest etiam civiliter: quod sensu explicatur l. 16. §. 3. ff. & l. 2. 25. C. h. t.

9. R. 3. Fidejussio in majorem summam facta, valet quoad summam debitam, & inutilis est quoad excessum: ita com. contra Fachin. docentem, quod tota fidejussio sit inutilis: nam talis fidejussio quoad totum nullibi irritatur: tum quia quantitas minor inest majori: tum quia utile per inutile non vitiatur; tum quia donatio excessiva, tantum quoad excessum vitiatur l. 34. C. de donation. ergo. Nec obstat l. 8. §. 7. ff. h. t. ibi: *placuit eos omnino non obligari*: nam vel legi debet non omnino, vel simplex sensus est, quod omnino, hoc est, omni modo quoad totum non obligentur, licet obligentur ad summam debitam, secluso excessu.

10. Q. IV. *An, & quomodo creator convenire possit fidejussorem?* R. Jure antiquo l. 2. §. c. h. t. creditor aequè convenire potuit debitorem, & fidejussorem, imo etiam hunc ante illum; quod jure consuetudine Austriae dicitur esse firmatum: sed jure novo Nov. 4. c. 1. & *amb. presente C. h. t.* fidejussoribus triplex habent beneficium, scilicet *ordinis*, seu *excussiois*, *divisionis*, & *cedendarum actionum*. Beneficium *Ordinis* id operatur, quod creditor prius debeat convenire debitorem principalem, & ejus bona excurrere, antequam fidejussorem aggrediatur; nisi fidejussor huic beneficio renuntiet, vel fidejubeat pro eo, qui pro utraque provincia distat, vel conveniri nequit; vel non solet, ut pupillus, vel pater, pro quo filius intercessit, *cit. Nov.*

11. Beneficium *divisionis* id operatur, quod, si plures fidejussorunt in solidum, & non convenus debitum pro rata dividere possit, v. g. si duo sint pro debito 100. non ultra quinquaginta unus conventus solvere cogetur, §. 4. *Inst. h. t. l. 3. C. eod.* nisi alter confidejussor non esset solvendo: vel si quis cum muliere fidejussit, vel pro tutore; vel si beneficio, seu exceptioni divisionis renuntiavit, aut illam ante sententiam, vel executionem non opposuit, l. fin. ff. rem pupilli l. 48. pr. ff. h. t. §. 4. *Inst. & l. 39. ff. h. t.*

12. Quod si fidejussor neutro hoc beneficio jvari potest, habet beneficium *cedendarum actionum*, ut solvere non teneatur debitum, donec ei creditor cedat actiones, quas habet adversus principalem debitorem, confidejussorem, & pignorum possessores l. 6. in l. 13. 17. ff. & l. 11. 21. C. h. t. Si vero solvit, non cessis actionibus, de rigore juris actiones istae cedi non possunt post executionem solutionis factae; & consequenter non habet regressum contra alios confidejussores, cum eorum negotium directe non gesserit, sed debitoris principalis, & summi, & facta solutione, omnes actiones extinctae sint, ut amplius cedi non valeant, l. 76. ff. de solut. At spectata aequitate fidejussor post solutionem solidi debiti, petere potest cessationem actionum; quia solvendo non intendit extinguere actiones, sed potius emere nomen debitoris; ergo jure istarum actionum quocumque petere potest a creditore, seu venditore *arg. l. 36. ff. h. t.* Ceterum fidejussor id, quod solvit, actione ordinaria *mandati* repetere potest a debitore, vel actione negotiorum gestorum, si pro absente, & ignorante fidejusserit, aut solverit, §. 6. *Inst. h. t. l. 18. ff. mandati l. 20. §. 1. & l. 53. ff. mandati.*

13. Q. V. *Quomodo fidejussio solvatur?* R. Regulariter solutione facta, sive a principali, sive ab ipso fidejussore, l. 10. ff. *mandati*. Dantur tamen aliqui casus; in quibus fidejussio expirat, & fidejussor liberatur ante solutionem factam. 1. Si debitor nimis diu, v. g. ad decennium, solutionem protulit l. 38. §. 1. ff. *mandati. c. fin. h. t.* 2. Si ita convenit, ut, nisi certo tempore solvatur, fidejussor expiret, l. 38. ff. *mandati*. 3. Si debitor incipiat prodigialiter vivere, inimicitias graves cum fidejussore movere, vel in regionem longinquam proficisci: in his enim, & similibus casibus fidejussor ante solutionem petere potest liberationem. 4. Si creditor contra conventionem proroget terminum debitoris, nisi fidejussor datus fuisset simpliciter, & in omnem casum, neque prorogationi contradixisset, l. 56. §. 2. ff. h. t. Praeterea expirat fidejussio, si creditor eam remittat, etiam per legatum l. 49. ff. h. t. vel si fidejussor fiat haeres debitoris l. 21. §. 3. *cod. vel si obligatio noverit sine consensu fidejussoris*, l. 4. C. h. t. &c.



## Connexio precedentium, &amp; consequentium.

Hactenus Compiler noster egit de contractibus, & obligationibus: jam in seq. tit. 23. tractat de modis, quibus obligatio tollitur, scilicet de solutionibus ad imitationem juris civilis. Sed priusquam eo accedat, monitum te velim Canonista, quod in jure Can. non omnes contractus expressi sint, sed omnes maneat suppleri ex jure civili, quos hic breviter insinuare placet, ut constet, quid tibi querendum super sit. Itaque.

14. I. *Stipulatio* est contractus verbalis, a jure civili introductus, quoad interrogationem unius, & congruam responsum alterius aliquid promittitur, v. g. spondes mihi dare decem, vel edificare domum? spondeo. Et quidem, si est stipulatio dandi, oritur determinate obligatio ad dandum, & promissor non liberatur praestando interesse, l. 75. §. fin. ff. de P. O. Si vero est obligatio facti, seu faciendi, multi docent in arbitrio promissoris esse vel praestare factum, vel interesse; sed probabilius est cum obligari determinate ad praestandum factum, v. g. ad edificandum, pingendum &c. cum invito creditori aliquid pro alio solvi non possit, l. 2. §. 1. ff. de R. C. *Correi stipulandi* vocantur ii, quibus eadem res in solidum promittitur: *Correi promittendi*, qui eandem rem singuli in solidum promittunt. In aliis contractibus dicuntur: *correi debendi*, qui debent, & *correi credendi*, qui credunt, seu quibus debetur. Porro *stipulatio innuitis* est, qua quis stipulatur rem ex natura, vel de jure impossibilem, vel facram, publicam, aut hominem liberum; cum talis res dominio non subit: vel si quis promittat praestare factum alienum &c. Formulae stipulationum hodie sublatae sunt, & conf. omnis seria promissio quibuscumque verbis expressa, vim habet stipulationis. De hoc contractu vide tit. *Inst. de P. O.* cum quatuor seqq. & in Pandectis l. 45. per nos. & lib. 46. tit. 5. cum seqq. in Codice lib. 8. tit. 38. 39. 40.

15. II. *Obligatio literarum*, seu contractus *chirographarius*, aut *litteralis* est, quo quis spe futurae numerationis dat chirographum, & in eo constititur, se certam pecuniam quantitatem mutuo, vel in dotem, vel in solum accepisse, quam tamen non accipit. Haec obligatio est pure civilis, non naturalis: in foro tamen externo parit actionem; sed haec eliditur per exceptionem pecuniae non numeratae, modo in causa mutui, & dotis intra biennium opponatur, l. 8. 14. C. de non numer. pecun. lapsis autem biennio, exceptio ista privilegiata non prodest, sed generalis exceptio doli non est deneganda contra eum, qui pecuniam sibi restitui cupit, quam non numeravit, l. 3. C. eod. l. 5. §. fin. ff. de doli mali except. Ut vero removeatur apocha, in qua creditor constititur sibi debitum solum fuisse, quod solum non fuit, exceptio ista opponenda est intra 30. dies l. 14. pr. §. 2. C. eod. De hoc contractu vide tit. *Inst. de liter. oblig. tit. C. de non numer. pec. tit. C. de dote cant. non num.* Pandectis contractus iste incognitus est, imo aperte omittitur l. 1. §. 1. ff. de O. & A.

16. III. *Societas* est contractus consensualis, quo duo, vel plures conveniunt, ut ex collatis rebus, operisve honestis lucra, & damna inter eos sint communia: ita in re com. Sufficit autem consensus tacitus, dum res in commune conferuntur eo animo, ut lucra, & damna sint communia l. 4. ff. pro socio. Secus sine conventionione saltem tacita nulla est societas, & id eo socius socii mei socius meus non est, l. 47. §. 1. ff. de R. J. Si omnia bona tam praesentia, quam futura conferuntur, est societas *universalis*, seu *omnium bonorum*: si vero quaedam bona determinata conferuntur, est societas *particularis*. Porro pacta specialia in hoc contractu observanda sunt, v. g. ut ad unum duae partes lucra, & damni pertineant, & tertia ad alterum. Item, ut ad unum duae partes lucra, & tertia damni: ad alterum vero duae partes damni, & una lucra pertineat; dummodo in utroque casu is, qui plus lucra vult participare, plus de rebus, vel de operis conferat; alias si unus lucrum, & alter damnum pati debeat, societates est *le onina* ex mente Cassii l. 29. §. fin. ff. pro socio, sumpta denominatione ex fabula de vulpe, & leone, qui ex capta praeda nihil vulpi dedit. De hoc contractu vide tit. *Inst. de societ. tit. ff. & C. pro socio.*

17. IV. *Mandatum* est contractus consensualis, quo negotium gratis gerendum alicui committitur. Et de hoc egimus lib. 1. tit. de procurator. Vide tit. *Inst. de mandato tit. ff. & C. mandati tit. de procurator.*

18. V. *Conventio de eo, quod certo loco dari oportet*, est illa, qua id, quod certo in loco solvendum erat, petitur in alio loco; idque ob causam, & equitatem, quia debitor ad locum solutionis destinatum forsitan nunquam esset venturus. Fit autem solutio secundum arbitrium iudicis in plus, vel minus, prout ipsa pecunia, vel alia commoditas major, vel minor est in uno, quam altero loco. Vide tit. ff. de eo, quod certo loco, & tit. C. ubi convenitur, qui certo loco.

19. VI. *Constitutum* est conventio, seu pactum, quo quis debitum proprium, vel alienum praerogavit constituit, seu promittit se soluturum, vel simpliciter, & pure, vel certo die, aut certo loco. Si dies non est conventus, exactio differat ad decem dies l. 21. §. 1. ff. de pecun. const. in quo titulo, ut etiam in tit. C. de constit. pecun. plura de hoc legi possunt. Nominem autem pecuniae constituitur venit omnis res five mobilis, five immobilis l. 2. C. d. t. & ex tali pacto de se nudo praetor ob equitatem conditionem concessit.

20. VII. *Sponsio* est conventio, qua duo de veritate, seu eventu alicujus rei altercantis, sibi invicem aliquid spondent, ut ejus sit, qui verum habebit. Conventio ista de se non est illicita, dummodo neuter spondentium, seu certantium sit certus de veritate; alioquin, si unus certus esse de veritate, non potest hanc conventionem inire propter inaequalem justitiam; nisi forsitan peritiam cogatur ab altero, qui perditionem rei sponsae debet sui imputare temeritatis. Sponsiones, nisi fiant ad virtutis exercitium, reprobantur a jure civili, l. 3. ff. de aleatorib.

21. VIII. *Ludus* est conventio duorum, vel plurium, ut victori cedat id, quod positum est. De jure naturali, seclusa fraude, est licitus: quia sicut dominus rem suam potest alteri absolute donare, ita quoque potest illam transferre in alterum sub conditione, si in *lusu* vicerit. Quia vero in ludo periculum est blasphemiarum, perjuriorum, deceptionum, & dilapidationum, merito jure civili prohibetur lusus aleae, seu omnes lusus sortium, in quibus plus operatur fortuna, & casus, quam ars, & industria *tit. ff. de aleatorib.* Jure autem canonico lusus sortium, imo etiam interesse talibus lusus prohibetur Clericis e. 15. de vita, & hon. Cler. quam Concilium lateranense constitutionem a fortiori observare debent Religiosi ob votum paupertatis, quos Superiorum indulgentia non facit coram Deo excusabit, si pecuniam in lusu dilapident.

22. IX. *Dantur contractus*, ex quibus alius praeter contrahentem obligatur: 1. Contractus magistri, vel submagistri navis, ex quo obligatur exercitor, seu dominus navis, tit. ff. de exercit. act. 2. Contractus institoris, seu praepositi tabernae, vulgo factoris, ex quo obligatur dominus principalis tabernae, seu officinae, tit. ff. de institor. act. 3. Contractus filiorumfam. & servorum, ex quibus obligantur paterfam. & domini, & ita nascuntur variae actiones, ut *tributoria*, de *peculio*, de *in rem verso*, & *quod iussu*, de quibus agitur lib. 4. *Inst. tit. 7.* & in Pandectis lib. 14. & 15. per totum.

23. X. *Quasi contractus* est conventio tacita, ex dispositione juris introducta. Hujus sex species enumerantur tit. *Inst. de oblig. ex quasi contra. negotiorum gestio invela rei communio hereditatis communio hereditatis aditio & indebiti solutio. Negotiorum gestio* est, qua quis alterius absentis, & ignorantis negotia sine mandato utiliter gerit. Tunc autem utiliter geritur negotium, quando dominus rationabiliter id ipsum erat facturum, est res per accidens effectum suum non fortiaur; ut si medicus filium absentis curret, & is nihilominus moriatur, l. 10. §. 1. ff. de negot. gestis. Ex hoc quasi contractu datur *actio directa* domino, cujus negotia gesta sunt, ut negotiorum gestor rationes reddat, & si quod damnum sua culpa eam levi causavit, illud reficiat. *Contraria* datur negotiorum gestori, ut id, quod ratione administrationis suae impendit in negotium domini, sibi praestet, ne officium suum fit sibi damnosum. Vide tit. ff. & C. de negotiis gestis.

24. T.

24. *Tuella* est quasi contractus, vi cuius tutor obligatur ad curandum personam pupilli, ejusque bona. Sub hac etiam continetur *curatela*, qua res minorum curantur, & administrantur. Pupillo contra tutorem datur *actio directa invela*. De tutelis, & curis vide in *Inst. lib. 1. tit. 13.* usque ad fin. in Pandectis lib. 26. & 27. per tot. in Codice lib. 5. tit. 28. usque ad fin.

25. *Rei communio* est quasi contractus, quo duo, vel plures unam rem singularem sine societate habent; ut si una vinea duobus donata, vel legata sit. Ex hoc quasi contractu datur *actio communi dividendo* ad commoda, & incommoda, & ad ipsam rem dividendam; cum nemo teneatur in communione vivere. Vide tit. ff. & C. communi dividendo.

26. *Hereditatis communio* est quasi contractus, quo eadem hereditas ad plures coheredes pertinet. Ex hoc competat *actio familiae heriscenda*, hoc est, hereditatis dividenda, ad antiquo heriscere, seu dividere, ut commoda, & incommoda hereditatis, imo ipsa hereditas aequaliter dividatur. Vide tit. ff. & C. famil. heriscenda.

27. *Aditio hereditatis* est quasi contractus, quo obligatur haeres ad praestanda legata, & fideicommissa: nam ad eundem hereditatem, tacite se obligat, quod voluntatem defuncti implere velit. At creditoribus defuncti obligatur haeres ex vero contractu: nam defunctus vere contraxit cum illis; haeres autem est eadem persona cum defuncto. Quia vero nec defunctus, nec haeres contraxit cum legatariis, ideo haeres ad exolvenda legata obligatur tantum ex quasi contractu. De hoc praesim agitur tit. ff. de acq. hered. &c.

28. *Indebiti solutio* est quasi contractus, quo plus debito solvens, obligat creditorem ad illum excessum restituendum; qui etiam peti potest *condictione indebiti* tit. ff. & C. de *Condit. indeb.* modo indebitum sit solum per errorem facti: nam si quis scilicet solvat indebitum, praesumitur donare l. 1. ff. h. t. quae praesumptio in foro externo etiam est in illo, qui per errorem jus solvit indebitum l. 10. C. de J. & F. *ignor.* ut si quis legatum solvat hereditatis legatarii, qui testatori praemortuus est. At in foro interno error juris non nocet; & conf. est obligatio indebitum solum restituendi. 2. Quod est naturaliter debitum, & tantum civiliter indebitum, ut ex pacto nudo, solum non condicuntur l. 13. d. t. nam aequitas naturalis non permittit hanc repetitionem. At qui solvit naturaliter debitum, & tantum civiliter debitum, v. g. ex chirographo, solum repetere potest, saltem intra biennium l. 7. C. de non numer. pecun. Si reus conventus fateatur, se pecuniam accepisse, neget vero fuisse indebitum, onus probandi incumbit actori repetenti l. 25. pr. ff. de probat. ubi ratio additur: *quia nemo in rebus suis est, nisi facile suas pecunias sciat, & indebitas effundat.* At si reus neget pecuniam indebitam sibi numeratam fuisse, & de hoc convincatur, probare debet sibi fuisse debitam e. *fin. de Solut. & cit. l. 25.* meriti enim in uno non creditur in altero. Pupilli, & similes persona plerumque liberantur ab onere probandi, & alter obligatur probare pecuniam fuisse debitam. *ibid. d.* Cessat conditio indebiti. 1. Si solum est ex causa pietatis; ex qua punabatur deberi l. 32. §. 2. ff. de *condit. indeb.* quia praesumitur donatio. 2. Si transactum est sine dolo malo, l. 65. §. 1. ff. eod. 3. Si ex re iudicata, vel ex juramento, quo quis juravit se velle solvere, solum est, regulariter non admittitur repetitio. Cetera de hoc quasi-contractu vide in jure civili *locis cit.* Et haec de contractibus indicasse sufficiat.

## TITULUS XXIII.

## De Solutionibus.

Agitur de hac materia in *Institut. lib. 3. tit. 30.* in Pandectis lib. 46. tit. 2. 3. 4. in Codice lib. 8. tit. 42. 43. 44.

1. *Nota*, solutionem genericè accipi pro quacumque liberatione, seu satisfactione, l. 54. ff. h. t. quo sensu sub se complectitur novationem, acceptilationem, compensationem, pactum de non petendo, & alios *P. Remigii a S. Erasmo. Pars II.*

modos, quibus obligatio diffrahatur. At *Solutio* specificè accepta est naturalis, seu realis, ac legitima praestatio ejus, quod debetur: ita in re com. Est autem solutio legitima, si solvatur totum, quod debetur eo loco, & tempore, de quo conventum est; cum creditoris multum interit quo loco, & tempore solutio fiat l. 85. ff. h. t. Et de tali solutione hic primo agetur, & deinde de ceteris speciebus.

2. Q. I. *Qui possit solvere?* R. 1. Debitor liberam habens rerum suarum administrationem: unde pupillus, minor, & prodigus sine auctore tutore, aut curatore solvendo, nihil agunt, & res ab eis tradita remanet in eorum dominio, ut vindicari possit; nisi bona fide consumpta fuisset a creditore: quo casu dominium rei consumptione acquiritur, & solventes liberantur §. 2. in quib. alien. lic. l. 14. §. fin. ff. h. t. 2. Procurator cum libera, vel mandato speciali, l. 87. eod. 3. Quicumque alius pro debitore etiam ignorante, & invito solvere potest l. 53. eod. cum liceat meliorem conditionem alterius facere: si tamen pro invito solvit, non repetit solum, quia praesumitur donatio, arg. l. fin. C. de negot. gest.

3. Q. II. *Quibus solvi possit?* R. 1. Ipsi creditori res suas administranti, etiam invito, quo pecuniam recipere nolente, potest debitor eam deponere apud magistratum periculo creditoris l. 9. C. h. t. Ut pupillo, & minori solvatur, requiritur tutoris auctoritas; & insuper, ut plena sit liberatio, decretum praetoris: secus minor, vel pupillus per solutionem laesus restituatur in integrum §. fin. in quib. alienar. l. 1. C. si advers. solvi. 2. Procuratori creditoris instructo saltem generali mandato l. 12. & 34. §. 3. ff. h. t. vel si quis alius ad exigendam pecuniam constitutus est, ut filius, servus l. 18. 49. 51. eod. & qui solutionis causa in contractu adjectus est §. 4. in de *innuit. stipul.* 3. Creditori creditoris, si is contentiaris: secus debitor ipso jure manet obligatus; licet exceptione doli se tueri possit, quatenus creditor dolo peccat, quod mos creditori suo restituere debet l. 6. ff. de doli mal. except. Aliis, praeter hos, non recte solvitur; cum solutio non censetur fieri creditori.

4. Q. III. *Qua forma, & modo sit solvendum?* R. 1. Solvenda est res, quae debetur; quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest, l. 2. §. 1. ff. de R. C. unde nec pecunia loco vini, aut frumenti, nec contra recte solvitur, nisi creditor contentiaris.

5. II. Solutio debet esse integralis pro toto debito; non particularis per partes l. 41. §. 1. ff. de usur. quia particularis solutio propter facilem minutae pecuniae consumptionem damnosa est creditori l. 3. ff. fam. herisc. nisi creditor contentiaris in particularem solutionem §. 1. in quib. mod. oblig. toll. vel nisi per partes sit creditum arg. reg. 1. in antiq. vel ex diversis causis debitum l. 1. C. de Solut. vel si altera pars debiti non sit liquida arg. l. 21. ff. de R. C. l. 8. ff. si pars hered. vel nisi favor libertatis, vel alterius pie cause id exposcat l. 4. §. 6. ff. de Sicuti liber.

6. III. Si duo debita sint aequae principalia, sed disparia, ut unum sub usuris, praena, aut hypotheca, aliud sine his, solutio censetur debiti durioris, si debitor non expiatis, ex qua causa solvat l. 1. §. 97. 103. ff. h. t. quia praesumitur agere, quod sibi melius est. At si unum debitum est principale, ut foris, & alterum accessorium, ut usura, solutio indeterminate facta praesumitur pro usuris, quas creditor iuste petere potest, & non pro sorte l. 5. §. 3. ff. de Solut. l. 1. C. eod. Si vero duo debita sint paria, parum refert, quod ex his solvatur, & videtur solvi ex omnibus unum aliqua portio l. 8. ff. h. t.

7. IV. Solutio facienda est in loco convento l. 9. ff. de eo, quod cert. loc. fecus, quantum interest, alibi solutio in plus, vel minus pro arbitrio iudicis decernenda, l. 1. 2. §. si quis eod. si de loco non est conventum, solutio peti potest regulariter in loco contractus, aut domicilii.

8. V. Si obligatio est conditionalis, purificata conditione, si in certum tempus, & diem, adventiente tali die, solutio fieri debet, §. 4. *Inst. de P. O. l. 44.* §. 1. ff. de O. & A. Nec ante diem, si is in gratiam creditoris adjectus est, solvi potest l. 15. ff. de annis legat. secus si dies in gratiam debitoris adjectus l. 38. §. 16. ff. de P. O. & tunc debitor solvendo non repetit; bene

D 4 vero,

vero, si per ignorantiam solvit ante eventum conditionis. l. 16. 18. 48. ff. de condit. indeb. Si tandem obligatio est pura, praesenti die debetur, §. 2. in d. l. O. l. 14. ff. de R. J. Quod intellige moraliter, non ut eodem momento creditor debuit reperat, sed intra competentis tempus arbitrio iudicis asserendum, v. g. intra 14. dies, vel plures l. 105. ff. de solut. Ratio horum est, quia in obligatione pure statim cedit, & venit dies; in obligatione in diem, statim quidem cedit, non tamen venit dies: nisi die statuta adveniente: in obligatione vero sub conditione nec cedit, nec venit dies, nisi eveniente conditione: licet dici possit, quod cedit dies conditionate: ita Ulp. l. 213. ff. de P. S. Tunc dies cedit, quando aliquid incipit deberi, sed necdum peti potest; tunc vero dies venit, quando debitum peti potest.

9. R. II. Modus etiam ex parte creditoris observandus est, ne is, etiam in debito liquido, propria auctoritate sibi solutionem faciat; secus occupando bona debitoris, penas invalorum incurrit, & actionem perdit l. 13. exat. ff. quod met. caus. l. pen. ff. ad L. Jul. de vi priv. sed prius amicabilem debitorem conveniat; & si hoc non sufficit, tum via juris contra illum agat.

10. Q. IV. Quomodo debitorum condemnandi sint? R. Regulariter in solidum, & ad instantiam creditorem detrahendi sunt in carcerem, donec integre solvant. Pro evitando tamen carcere datur eis beneficium cessationis honorum, cum obligatione residuum solvendi, ubi ad pinguorem fortunam venerint; salvo tunc beneficio competentis, ne ex bonis postea quaerendis in plus obligentur, quam possint, salva sua honesta sustentatione, §. fin. Inst. de action. l. 4. ff. de cesson. honor. Hoc tamen beneficio cessantis non gaudent fures, prodigi, & dissipatores, & alii commiseratione indigni; & qui huic beneficio renuntiant l. fin. §. fin. ff. que in fraud. creditor. lib. 8. & fin. C. qui bon. ced.

11. R. II. Persona, quibus competit beneficium, seu privilegium competentis, si salva sua competentis sustentatione non possunt solidum debitum solvere, non debent condemnari in solidum, sed in id, quod facere possunt: nam causa reverentiae, pietatis, & necessitudinis laudet certas personas non esse condemnandas in solidum. Cujusmodi persona sunt: 1. Patres, & liberi, patroni, & liberi, socii ejusdem societatis, & eorum argumento fratres, maritus, & uxor §. 37. & 38. Inst. de action. Donator conventus a donatario l. 19. §. 1. ff. de re jud. Socer, utriusque conjugis l. 15. §. 2. ff. soluto matrim. l. 27. 22. ff. de re judic. ubi limitatio ponitur, ut socio mariti, seu patri uxoris hoc beneficium competat solum stante matrimonio. Item milites armate militiae l. 6. & 11. ff. de re judic. quod extenditur ad milites togatos, ut advocatos, & liberalium artium professores; & de iure Canonico ad milites caelestes, seu Clericos c. 3. Odoardus h. t. dummodo talis Clericus sit inops, non ex culpa sua, sed ex alia causa inculpabili. Et quia hoc privilegium concessum est in favorem totius collegii Ecclesiastici, Clericus ei renuntiare non potest, ne in opprobrium status Clericalis mendicare cogatur; & ita juri publico deroget contra l. 38. ff. de pactis. Similiter obrevertentiam, & amorem huic privilegio renuntiare nequeunt patres, patroni, conjuges; bene vero milites, socii; & donator ex reg. generali lib. 29. C. de pactis.

12. R. III. Beneficium cessationis, & competentis, cum personale sit, non competit fidejussori l. 7. pr. ff. de exception. Unde si bona a debitore cessa non sufficiunt, ad residuum tenetur fidejussor. At exceptio competentis, saltem indirecte prodest fidejussori, si is nomine principalis iudicium suscipiat, & in eius persona exceptionem illam opponat, vel iudicium denuntiet principali, ut is in persona sua exceptionem competentis opponat, l. 10. §. pen. ff. mandati.

13. Q. V. Quomodo successores in praelatura, vel beneficio obligentur ad solvenda debita antecessoris? R. I. Debita nomine Ecclesiae pro eius necessitate contracta, tenentur successores persolvere, c. 1. h. t. Et licet creditor de rigore juris teneretur probare, mutuum conversum fuisse in utilitatem Ecclesiae arg. civitatis l. 27. ff. de R. C. l. un. C. de solut. debiti. c. 1. lib. 11.

Et ant. hoc jus O. de SS. Eccl. in praxi tamen non id observatur, dummodo cum solitis solemnitatibus debitum contractum sit, cum presumatur in utilitatem Ecclesiae conversum fuisse. 2. Si debita sunt personalia, solvi debent ex bonis patrimonialibus, vel in defectum eorum ex redditibus Ecclesiasticis a Praelato relictis; his vero deficientibus, debita necessario facta, v. g. in infirmitate, vel propter necessarium sustentationem, solvenda sunt a successore ex redditibus Ecclesiae; idque ob honorem status Clericalis: cetera autem debita voluntaria, v. g. ad splendorem, luxum, & res inutiles facta, non sunt solvenda ab Ecclesia, ne hac delicto Praelati praegravetur, sed creditor damnum sentiat, illudque suae impudet facilitati.

14. Q. VI. Quis sit ordo solutionis faciendae, sbona debitoris non sufficiunt omnibus creditoribus? R. Ante omnia solvenda sunt expensae iudiciales, & ius perales, & quae medicis, ac pharmacopaeis debentur, l. 18. 19. 45. ff. & l. 3. C. de Religios. & Sumpt. funer. Nec obstat, quod actio funeraria sit personalis, actio vero realis ex pignore praefertur actionibus privilegiatis personalibus l. 9. C. qui prior. in pig. nam ab ista lege generaliter merito excipitur actio funeraria, & pro sumptibus in ultima infirmitate contractis; idque ob humanitatem, & commiserationem, ne alias ullus repariatur, qui curare velit aegrum, aut mortuum condigno honore sepelire. Haec conciliatio inter l. 45. ff. de Religios. & l. 9. C. qui prior. in pig. videtur praefertenda conciliationi Zoehii c. ff. qui prior. n. 20. dicitur l. 45. loqui de credito personali, non de pignoriibus. 2. Solvendi sunt creditores hypotheccarii secundum ordinem fidei praelationis, aut temporis, secundum dicta tit. de pignor. num. 7. 2. Succedunt creditores personales, seu chirographarii, qui nullo praelationis, aut temporis ordine juvantur: sed si bona non sufficiunt pro rata summa debite fit calculo.

15. Q. VII. Quis sit effectus solutionis? R. Ex parte debitoris est liberatio ipso jure, non solum a debito principali, sed etiam ab obligationibus accessoriis pignoris, hypotheccae, & fidejussionis, pr. in quib. mod. oblig. Ex parte creditoris est dominium rei solutae, si solvens fuit antea ejus dominus l. 10. C. h. t. secus in creditorem non transferitur nisi possessio, & conditio usufructuaria, l. 46. ff. de usurpar.

De modis aliis, quibus tollitur obligatio.

16. Q. VIII. Quid sit novatio, & delegatio? R. I. Novatio est prioris debiti in aliam obligationem transmissio, atque translatio, five prius, aut posterior debitum sit civile, five naturale, five claudicans, sicut in pupillo, l. 1. ff. de Novat. ac proinde novatio non liberat ab obligatione, sed eam in aliam commutat. Est duplex: necessaria, qua non litis contestatione, sed sententia iudicis, seu ex re iudicata inducitur, ut quod antea debebatur, v. g. ex mutuo, aut empto, jam debeatur ex iudicato, l. 29. ff. eod. & l. fin. C. de usur. rei jud. Voluntaria, qua inter creditorem, & debitorem volentes, media stipulatione inducitur. Et haec duplex est: novatio specificae talis, dum manente eadem persona, causa debentis mutatur; ut si debeas ex causa mutui, et media stipulatione velis debere ex stipulatu, vel sub conditione, aut in diem, l. 5. §. 8. §. 1. ff. h. t. Delegatio, dum mutatur persona debitoris, ut si Titius debitor loco sui substituat creditor Cajum debitorem. Huic alius est assignatio nominis, seu aliorum, dum debitor debitorem suum creditor assignat, v. g. Titius debet 100. Cajo, & assignat Clodium, qui pariter 100. debet Titio. R. 2. Effectus novationis est, quod prior obligatio penitus extinguatur, est posterior obligatio claudicat, & ex una parte nulla sit, sicut in pupillo, §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. sibi enim creditor imputare debet, quod talem novationem iniverit, & v. g. pupillum pro debitore delegatum susceperit, ut consequenter regressum non habeat contra priorem debitorem; cum in eo penitus extincta sit obligatio. In quo delegatio differt ab assignatione nominis, qua debitum ipso jure non extinguunt, nisi conditionate, si creditor a debitore debitoris suum consequutus fuerit. Vide tit. ff. & C. de Novation. c. 3. Inst.

17. Q. IX. Quid sit acceptilatio? R. Est imaginaria solutio, seu liberatio stipulatione perfecta, v. g. centum, qua promisi, accepta fero, vel habeo: si creditor respondeat; fero, vel habeo, his verbis solum est debitum, acsi centum creditor numerasset. Acceptilatio extinguitur praesente obligatio verbalis: seu ex stipulatione orta: alia vero obligationes ex contractu reali, consensuali, aut litterali ortae, prius resolutae debent in stipulationem Aquilianam a Gallo Aquilio Juro, qui fuit Ciceroni familiaris, inventam: & debentur ex hac stipulatione per acceptilationem extinguendum est, v. g. debet centum ex mutuo, & cum creditore facio stipulationem Aquilianam hoc modo: centum, que tibi debeo ex mutuo, visne tibi deberi ex promissione: si creditor reponat: volo, perfecta est stipulatio Aquiliana, & ego debet centum ex promissione, seu stipulatione: & rursum dico: centum, qua tibi promisi, accepta habeo: habeo, & haec est acceptilatio, qua prius debitum verbale extinguitur ipso jure. Sed ambages istae hodie non curantur; cum qualibet seria remissio, quibuscumque verbis fiat, aut signis, vim habeat solutionis debiti. De acceptilatione vide tit. in quib. mod. toll. & tit. ff. & C. de acceptilat.

18. Praeterea modo secundum tollendi obligationem sunt: consensus contrarius, seu dissensus, quo obligationes consensuales tolluntur: consensus, si debito creditori, & contra, haeres exstat, §. 15. Inst. de action. obligatio pecunia in iudicio; modo sit realis, & non verbalis, l. 9. C. de solut. redditis chirographi, qua creditor censetur condonare debitum, & facere pactum de non petendo, l. 2. ff. de pactis. Hanc vero praesumptionem non inducit redditio pignoris, cum haec ob aliam commoditatem fieri possit: chirographi autem redditio aliam commoditatem non habeat, nisi remissionem debiti. Pactum de non petendo, seu repetendo debito, ipso jure non extinguit obligationem, sed tantum praestat exceptionem, uti & compensatio, si opponatur: De hac

19. Q. X. Quid sit compensatio, & quid iuris circa eam? R. I. Compensatio est debiti, & crediti inter se contributio, l. 1. ff. de compensat. v. g. centum, quos tibi debeo ex mutuo, compensare possunt cum centum, quos mihi debeo ex empto. Hodie compensatio in omnibus iudiciis bonae fidei, & stricti juris locum habet, ipsoque jure extinguit debitum, dummodo opponatur, cum de se sit exceptio, §. 30. Inst. de act. l. fin. C. de compens. ubi solum excipitur actio depositi, & causa momentanea possessionis.

20. R. 2. Qui solvit, compensationem non opposita, solum tantquam indebitum condicere nequit, sed actione sua debitum repetet, l. 2. ff. & l. 6. C. eod. l. 8. ff. rer. amov. & l. 39. ff. de action. Imperator requirit compensationem pro hominem oppositam; ergo si non opponatur, solvitur debitum, & condicere indebiti reperti nequit. Nec obstat, l. 10. §. 1. lib. 21. ff. de compens. l. 5. §. 2. ff. de impensis, l. 20. ff. de condit. indeb. a sensu contrari. nam haec, & similia sua procedunt in casu, quo lex ipsa absque facto hominis compensationem facit, & debitum, utrinque perimit, dum scilicet agitur de damno vitando ratione futurum ob moram, penae ob delictum, vendendi pignoris ob dilatum solutionem, amittenda emphyteutis ob non solum Canonem &c. cum non sit in mora, qui habet exceptionem non solvendi l. 40. in fin. ff. de R. C.

21. R. 3. Res, quae in compensationem veniunt, sunt quantitates, seu res numero, mensura, & pondere constantes, non vero corpora, seu species, ut equus, ager &c. l. 4. §. 5. & segg. C. de compens. l. 18. ff. de pignor. act. Et compensatio quantitates opponi potest quandoquocumque etiam post sententiam executionem, l. 2. C. de compens.

22. R. 4. Compensatio non tantum publica in iudiciis, sed etiam occultae, ex communi DD. est licita; dummodo debitum iustitiae sit certum, & non facile via juris recuperabile: ita textus generales l. 76. ff. de P. S. l. 4. C. de compens.: nam jure naturali licitum est se indemnem facere, & ex rebus debitoris sibi solvere, si alter solutio obtineti nequeat, cum ita nulla injuria fiat debitori. Hoc autem modo compensans tenetur efficere, ne debitor bis eandem rem solvat, ne gravius damnum debitori eveniat, vel magna

suspicio furti contra alterum: item aliqua ratione docere debitorem de extincto debito, ne scilicet in mala fide non solvendi perseveret, Reiff. a. n. 41. Cetera de compensationibus vide in §. 30. & 39. de action. & tit. ff. & C. de compens.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

Agitur de hac materia in Decreto Can. 7. & segg. d. 36. & 16. quast. 1. Can. 42. cum segg. in Institut. lib. 2. tit. 7. in Pandectis lib. 39. tit. 5. 6. in Codice lib. 8. tit. 54. usque ad 57. nov. 87. 92.

1. Nota 1. Donationem admitti contractibus, licet de se contractus non sit, sed actus liberalitatis, qui ex privilegio, & assensu juris patit obligationem, & actionem, sicut pacta legitima l. 1. C. h. t. Donatio quoad nomen, est doni datio, quoad rem est liberalis rei datio; nullo jure cogente facta l. 29. ff. h. t. Differt a promissione acceptata, quia haec non habet actualem translationem domini; bene vero donatio, praesertim perfecta, ut patet ex his actibus: promitto tibi hoc pecuniam, dono tibi hoc pecuniam.

2. Nota 2. Donationem dividit: 1. In realem, seu perfectam, quae fit cum actuali traditione rei: & simplicem, seu verbalem, aut imperfectam, quae rei actu quidem datur, non tamen actu extrahitur; adeoque perficienda erit actuali traditione. 2. In gratuitam mere, quae fit ex puro motivo liberalitatis, & ob nullam aliam causam beneficio extrinsecam: & in donationem ob causam, puta extrinsecam, quae non solum in puro motivo liberalitatis, & beneficii, sed fit ob causam extrinsecam, & ex quodam debito; uti dos, donatio propter nuptias, collatio beneficii Ecclesiastici &c. Et haec non est proprie donatio, cum quis ad eam jure cogi possit. Sub hac contineri videtur donatio amicitialis, seu remuneratoria, quae fit ex debito gratitudinis ob merita donatarii, vel ejus patris, aut alieujus ex familia, l. 1. 27. ff. h. t. nam licet ex iustitia non sit obligatio donandi, est tamen ex gratitudine; causa vero gratitudinis extrinseca est beneficentia, & liberalitas. Sed cum donatio remuneratoria nullo jure cogente fiat, sine absurdo dici potest vera donatio. 3. In donationem inter vivos, quae fit nullo mortis intuitu, five illam faciat quis sanus, five infirmus; & mortis causa, quae fit mortis intuitu five a sano, five ab infirmo. Praeterea donatio alia est pura, alia conditionalis: alia in diem certum, vel incertum &c.

3. Q. I. Qui donare possunt inter vivos? R. Regulariter omnes, & soli domini, qui rerum suarum administrationem habent, & specialiter a jure non prohibentur, l. 27. in re C. mandati, quia sua quisque moderatur, & arbitri existit. Defectu domini donare nequeunt 1. Tutores, & curatores, & Praelati ex rebus Ecclesiae, praeter modicas donationes, maxime remuneratorias, quae secundum morem patriae admitti consueverunt, l. 12. §. 2. ff. de admin. tutor. c. 2. §. h. t. & procuratores etiam cum libera sine specialissimo mandato l. 7. princ. ff. h. t. & religiosi sine consensu Superioris, cum per votum paupertatis dominio se abdicaverint. 2. Defectu liberae administrationis donare nequeunt pupilli, minores, & prodigi, quibus administratione interdictum est.

4. R. 2. Jure prohibentur donare 1. Pater filio in patria potestate constituto, ne sibi ipsi donare videatur, lib. 11. Cod. hoc tit. haec tamen donatio, si non revoceatur, convalescit per emancipationem filii, vel mortem patris, lib. 31. §. 2. ff. hoc tit. At donatio ob causam valide fit filio, v. g. propter nuptias, ludia, militiam, merita; vel si pater remittat usufructum in bonis adventitiis, vel si quid donet filio naturali. 2. Uxor marito, & contra, ne amor conjugalitatis fiat venalitat, l. 1. §. 3. ff. de donation. in. v. & U. 3. Miles sine focaria, seu concubinae, l. 2. §. 5. C. de donat. in. v. & U. quod speciale est, cum alias donatio facta meretrici valeat. Idem privilegium competit Clerico, seu militi caelesti. 4. Beneficiarius ex redditibus superfluis ad causas profanas, quia redditus superflui, si non ex iustitia, saltem ex praeepto Ecclesiae expendendi sunt in causas pias; de quo in tit. seq. §. filius, ex bo.

ex bonis profectiis, & adventitiis, ne prejudicet patri. At ex bonis castrensis, & adventitiis irregularibus, quorum proprietates, & usufructus ad filium pertinet, libere donare potest, lib. 7. §. ff. hoc tit. Circa filiosam, minores, & pupillos pubertati proximos, maxime spectanda est consuetudo patrie, an, & quantum donare possint.

5. Q. II. Quo modo, & forma facienda sit donatio? R. I. Ex parte rei requiritur ut sit alienabilis: nam si a jure, vel testatore sit alienari prohibita, nulla erit donatio: privatum tamen pactum de non vendendo, cum personam, & non rem afficiat, non impedit validitatem donationis, sed actioni personali dat locum contra donantem, lib. 3. Cod. de conditione ab caus.

6. Ex parte donantis, & donatarii requiritur consensus sensibilis, ita ut donatio ante acceptationem non sit perfecta, vel obligatoria lib. 19. §. 2. ff. hoc tit. & deo furioso, mente capto, & infanti non donatur, quia intellectus earent, nisi curator, & tutor nomine eorum acceptet §. 8. In de inut. ff.

7. III. Ex parte summi 500. solidos excedentis requiritur, ut donatio illius fiat cum solemnitate legali, seu cum inscriptione apud iudicem: secus donatio regulariter non valet quod excedit, §. 2. Inst. hoc tit. ubi consurgunt jura antiquiora exigentia hanc inscriptionem pro donatione 200. vel 300. solidorum, l. 74. C. h. t. Ratio est pro hoc statuto, ne donationes temere, & prodigaliter fiant, ac inde sequatur depauperatio civium. Et quia hic veritur bonum publicum, privatus huic inscriptioni renuntiare non potest. Porro nomine solidi communiter intelligitur nobis aureus, florensis valens: nomine autem judicis venit quicumque iudex, alias etiam incompetentis lib. 30. Cod. hoc tit. Ab hac inscriptione excipiuntur donationes Imperatori facta, remuneratorie, modo non excedant merita; ad reparationem adium, ad redemptionem captivorum; & moraliter interpolate, licet simul sumptu excederent summam 500. solidorum, cit. lib. 34. §. 36. C. h. t. & de jure Can. donationes ad quascunque pias causas, c. 6. h. t. & argum. c. 11. de testam. Nec obstat l. 19. c. de SS. Eccl. l. 34. §. 1. Cod. hoc tit. nam jura ista, quibus pium opus impeditur, nunquam recepta, & approbata sunt ab Ecclesia.

8. Q. III. An valida sit donatio omnium bonorum non tantum presentium, sed & futurorum? R. Affirmative cum Harpr. Schmier, Struyck, Schmal. Zoes. Kees &c. contra Clar. Gomez, Schneidewin. & alios: nam talis donatio jure naturali valet, jure autem positivo nullibi irritatur, dummodo, si opus est, fiat cum inscriptione: imo donatio universalis bonorum, si non sit inofficiosa, tenere dicitur lib. 35. §. 4. C. h. tit. l. 5. C. de inoff. donat. l. 8. ibi: omnia bona C. de revocand. donat. l. 17. §. 1. ff. que in fraud. creditor. ergo. Maxime autem talis donatio valet, si fiat ex voto, juramento, vel ad pias causas: item ex causa onerosa matrimonii, transactionis &c. Nec obstat l. 3. ff. qui testam. fac. nam facultas testandi cuilibet est permessa, non tamen precepta; ergo indirecte tolli potest per talem donationem. Cetera jura, qua allegari solent, damnant solum donationes, seu pacta captatoria mortis alienae; ut lib. fin. in fin. Cod. de pallio. lib. 4. Cod. de inut. stipul. l. 62. ff. de V. O. & inofficiosa, ob quas legitima liberis non relinquuntur, l. 1. & seq. C. de inoff. donat. & fraudulentas lib. 16. §. 1. ff. de jure par. Ceterum, si facta est donatio omnium bonorum indeterminatas stricte interpretanda est, ut non extendatur ad bona futura l. 22. ff. h. l. 86. pr. ff. de legat. 2.

9. Q. IV. Quis sit effectus donationis? R. I. Donatio pura, si verbalis est, parit jus, & obligationem, seu necessitatem tradendi, sicut in emptione-venditione; ita ut donator non satisfaciat prestando interesse, sed rem ipsam tradere teneatur §. 2. v. persolvitur Inst. h. t. 2. Donatio per traditionem completa parit dominium rei donate, si donans est dominus rei: secus possessionem cum conditione utrapendi cit. ff. pro donato. Si vero res donata, tanquam aliena evicta est, donans non tenetur de evictione, ne ex beneficio damnium sentiat, l. 62. ff. de evict. Edicto, nisi de evictione expresse convenum sit, vel donatio fuerit ex causa onerosa, ut certis §. 1. ibid. & l. 1. C. de donat.

sub mod. & l. 37. 34. ff. h. t. 3. Hoc dominium rei donate regulariter est irrevocabile l. 2. & fin. C. de revocand. donat. nam donatione completa, jure acquiritur in re; quod regulariter nec Princeps tollere potest. Et per hoc donatio inter vivos differt a donatione mortis causa, que usque ad extremum donantis spiritum revocari potest, sicut legatum §. 1. In. h. t. Data regula non est sine suis exceptionibus.

10. Q. V. Ex quibus causis revocari possit donatio inter vivos? R. Ex causa inofficiosa, ingrati, & supervenientia liberorum. Et quidem 1. Donatio inofficiosa secundum id, quod detrahit legitimum, mortuo testatore patre, aut matre, revocari potest a liberis, & contra a parentibus, si quis liberorum inofficiosa donationem fecit. l. 2. 4. 5. 7. 8. C. de inoff. donat. Nam donans recessit a pietatis officio; ergo jus recte concecit, ut post mortem revocetur donatio, non tamen, ut vult Clar. Abb. & alii, sed secundum quod inofficiosa, & legitime injuriosa est.

11. II. Ex causa ingratitude a donatario in donatorem commissa, revocari potest donatio tantum in quinque casibus: si atrocem injuriam committat verbo, vel factu, ut committendo adulterium cum uxore, vel stuprum cum filia donantis; si grave damnum ei intulerit in bonis fortune: si impius, & violentus manus in eum intulerit, percutiendo: si fidem, seu pacta in actu donationis imposita frangat, & observare nolit: si periculum necis donanti intulerit. Cetera autem casus ingratitude, etiam contra majores, non sufficiunt ad revocationem donationis l. fin. C. de revocand. donat. Hæc casus leg. velticulis continentur: Ingratum faciunt: atrox injuria, d. manum, impia dextra, filius fratris, pericula necis. Actio ingrati non procedit, nisi ingratus jurifice prohibetur, neque transit ad heredem, sive donantis, sive donatarii; nisi donator actionem istam movere coeperit, vel voluerit, sed morte preventus non potuerit, cit. l. fin. & c. fin. h. t. nam si donator sciens fecit, presumitur ingratitude non condonasse: nam quia actio injuriarum morte extinguitur, & ad heredem non transit.

12. III. Ex causa insperate supervenientium liberorum, non tantum patronus liberis donans, sed quisvis alius donator revocare potest regulariter totam donationem; etiam si unus tantum filius ei insperate natus sit, sive patri supervivar, sive premoriatur: ita l. 8. si unquam C. de revoc. donationum. que lex licet expresse loquatur de patre, tamen ex motivo generali, interpretatione comprehensiva intelligitur de quocunque alio donatore: nam quodque liberis carens, & de illis nihil cogitans, presumitur a jure donare cum tacita conditione: nisi liberi nascantur: ergo si conditio ista exiit, ipso jure evanescit donatio; licet donatarius non obligetur restituere, donec res donata repetatur. Si tamen donatio est jurata, remuneratoria, vel compensativa Ecclesie, vel filio emancipato facta, tota non revocatur; sed quatenus est proli inofficiosa, & legitime injuriosa. Et hæc de donatione inter vivos: ex quibus nonnulla applicari possunt donationi mortis causa. Sed.

13. Q. VI. Que specialia sunt in mortis causa donatione? R. I. Donatio mortis causa quoad modum, & bonum imitatur partim contractus, quia consensus, & acceptatio donatarii requiritur; partim ultimam voluntatem, quia imitatur legatum fieri debet cum solemnitate quinque testium l. fin. C. de donat. mort. caus. in effectu autem æquivalet legato, quia a donatario quandoquomque revocari potest: nec confirmatur, nisi morte donantis §. 1. Inst. h. t. & l. 16. ff. de mort. caus. donat. Unde pactum de non revocando alterat naturam illius, & facti donationem inter vivos, l. 27. cod. Ex quo patet differentia a donatione inter vivos: quia hæc statim firma est, & non differtur in tempus mortis: a legato, quia ad hoc non requiritur acceptatio legatarii: quoad cetera æquiparantur, quia & donatio mortis causa, & legatum morte confirmantur, & utrumque substat fidei.

14. II. Donare mortis causa possunt non tantum qui testari possunt, l. 15. ff. de mort. caus. donat. sed etiam qui statari nequeunt, modo alius donatio eis non prohibeatur. Sic filiosam, pias de consensu patris potest ex bonis adventitiis mortis causa donare l. 25. §. un. ff. cod. non tamen testari, etiam patre consentiente, ibi, quia

quia conditor testamenti debet esse patrem. seu homo sui juris l. 6. pr. ff. qui testam. fac.

15. III. Sicut donatio mortis causa tribus modis fieri, ita tribus modis expirare potest: & quidem, si donatio fiat nullo intuitu morbi, vel periculi, sed solum mortalitatis, ista non expirat, nisi per revocationem positivam, vel nisi donarius præmoreretur donanti. Secundo si donatio fiat intuitu imminentis periculi v. g. naufragii, morbi, ita tamen ut res donata non fiat statim accipientis, cessante periculo ipso, jure expirat donatio, cum facta fuerit sub conditione resolutive. Tertio si donatio facta est intuitu periculi, ita ut statim res donata fiat accipientis, sublato periculo, ipso jure non expirat, sed res constituta in dominio donatarii revocanda est conditione, vel utili in rem actione: ita hæc omnia habentur l. 2. 29. 30. 35. ff. de mort. caus. donat. Cetera de donationibus vide in juribus supra allegatis, & in Zoes, cit. ff. de donat. De nuptialibus donationibus commodius agam in lib. 4. tit. de donat. int. V. & U.

16. Q. VII. Quid sit mortis causa capio? R. Est quedam species donationis mortis causa, qua aliquid donatur non tantum intuitu mortalitatis, sed etiam ratione alienius conditionis implende, v. g. Pamphilus servus esto liber, si decem Titio dederit: vel Titio lego 100. si Sejum manumiserit. De mortis causa capionibus agitur lib. 8. c. 38. ff. de mort. caus. donat. & capionib.

TITULUS XXV.

De Peculio Clericorum.

Agitur de hac materia in causa 12. q. 1. 2. 3. 4. in Trid. Sess. 25. c. 1. de reform.

1. Nota 1. Presenti titulo concludi materiam præcedentem contractuum, & inchoari materiam ultimam voluntatum; quia peculium Clericorum expendi potest vel actu inter vivos, vel ultima voluntate. Nominem peculii, seu pecunie pusillæ veniunt hic bona Clericorum separata a bonis Ecclesiarum, similitudine desumpta a peculio fervorum, & filiorum familias, quod pariter separatum est a rationibus dominicis, & patris, ut traditur tit. ff. de peculio. De bonis Ecclesiasticis, que ad ipsas Ecclesias pertinent, hic non agitur; sed de bonis Ecclesiasticis, seu beneficiis, que ad ipsos Clericos spectant.

2. Nota 2. Bona Clericorum esse triplicia: 1. Patrimonialia, que obveniunt Clericis ex causa profana, v. g. ex hereditate, legato, donato, ex operis honestis; ut ex pictione, scriptione, musica &c. 2. Industrialia, que obveniunt Clericis ex industria in functionibus spiritualibus adhibita; ut ex missis, concionibus &c. redditus stolis; ut pensiones baptismales, funerales, & hujusmodi: item distributiones quotidianas, licet Host. Van. Espen. & alii bonis beneficiis; communis tamen sententia bonis industrialibus accenset; quia non dantur intuitu beneficii, sed tanquam stipendia laboris, & interestia in choro. Ad hæc industrialia, seu quasi-patrimonialia bona reducuntur etiam patrimonialia que Clericus parcius, & frugaliter vivendo, sibi subtrahit de congrua sustentatione. 3. Beneficialia, que obveniunt Clericis intuitu beneficii; ut sunt fructus grossi, seu fixi, & anni, qui dantur propter residentiam. Et hæc alia sunt necessaria, seu sufficientia, que Clericis præstant congruam, seu honestam sustentationem pro cuiusque statu, dignitate, & conditione: alia sunt superflua, que congrue Clericorum sustentationi superflua.

3. Nota 3. In primitiva Ecclesia omnia bona Ecclesiastica confusa, & communia fuisse sub dispensatione Episcopi: quia vero communitas ista, aucto fidelium, & Clericorum numero, multis discordiis, fraudibus, & aliis incommodis erat obnoxia, tempore S. Simplici, & Gelasi Rom. Pontificum circa an. 468. & sequentes, bona Ecclesiastica divisa sunt in quatuor portiones: quarum una deputata est Episcopo; altera Clericis; tertia fabricæ Ecclesie; quarta pauperibus: ita hæc omnia habentur Can. 27. & seq. 12. q. 2. Tandem circa an. 813. ut refert Gonz. tit. de prob. cap. 1. num. 9. quadripartita illa divisio antiquata fuit, & pro Clericis erecta specialia beneficia, & bona pau-

perum Episcopis attributa cum onere alendi pauperes; Sane non constat, quod portio pauperum deveniret; Incredible est, quod portio ista inique sublata, & a pauperibus alienata non fuerit, sed potius confusa cum portione Episcoporum, & Clericorum; cum hi tanquam patres pauperum existimarentur optimi administratores futuri pro commodo, & necessitatibus egenorum.

4. Q. I. An, & quorum bonorum Clerici sint domini? R. I. Sunt absoluti domini bonorum patrimonialium, Can. 18. & seq. 12. q. 1. nam Clericus non inducit incapacitatem domini, sicut professio religiosa. Idem dic de bonis quasi-patrimonialibus, seu industrialibus; quia acquiruntur tanquam stipendia, & merces laboris juxta illud Luc. 10. dignus est operarius mercede sua. Unde Conc. Toletan. relatum in Can. 2. 12. q. 3. ita statuit: Quicumque de Sacerdotibus, vel ministris pro sui utilitate, arque amicitia, vel prestatione, aut quocumque modo, aut per scripturam seriem aliquid mernerint a quolibet percipere, in rebus Ecclesie non poterit numerari. Atque ita quod Clericus acquirit ex pia fidelium liberalitate, v. g. pro Missis, & anniversariis, aliisque functionibus spiritualibus, pro quibus suam obligationem interponit, dominio ejus cedit: uti etiam illud, quod honeste sue sustentationi subtrahit; & consequenter de his bonis habere disponere potest, sicut laici, sive actu inter vivos, sive per ultimam voluntatem c. 19. & seq. 12. q. 1. c. 1. 8. de testam.

5. R. 2. Clerici sunt domini absoluti bonorum etiam beneficialium, que necessaria sunt, & honeste eorum sustentationi assignata: ita com. sent. cum S. D. 2. 3. q. 185. art. 7. Prob. ex Trid. Sess. 24. c. 12. de reform. ubi Canonicus dicitur fructus facere suos ratione præbende, ac residentie: & si non residet, dicitur fructus non facere suos, Sess. 23. cap. 1. de reform. suum autem facere perinde est, ac dominium acquirere. Ratio est, quia miles, & operarius stipendium, & mercedem facit suam quoad dominium; sed Clericus est miles celestis, & operarius in vinea Domini; ergo fructus beneficiales congrue sustentationi assignatos facit suos. Hinc cap. 16. de præbend. dicitur: dignum est, ut Ecclesia stipendiis sustentetur, in qua, & per quam divinis obsequiis adscribuntur. Nec obstant antiqui Canones Can. 1. 6. 7. 8. & seq. 12. q. 1. & alii: nam procedunt pro eo tempore, quo beneficia Ecclesiastica erant indivisa, administratiioni, ac dispensationi Clericorum commissa.

6. R. 3. Clerici ratione confusionis, & commixtionis sunt domini bonorum beneficialium etiam superfluum: ita in re communis; licet modus loquendi DD. sit varius, nam confusio, & commixtio est modus acquirendi dominium §. 27. & 28. In. de R. D. & ideo etiam fur, vel alius nummos furtivos committens nummis suis, ita ut discerni nequeant, ipsa commixtione facit suos l. 78. ff. de solutio. salva domino actione ad tantumdem condicendum, quantum ablatum est; sed Clerici bona necessaria, & superflua habent confusa, & commixta; non enim discernitur, an hæc portio sit de necessariis, & illa de bonis superfluis; ergo ratione commixtionis sunt domini etiam superfluum. Sed hoc dominium valde imperfectum est, & gravatum, cum restitutioni sit obnoxium. Unde.

7. Q. II. An Clerici sub peccato mortali obligentur redditus beneficiales superfluos expendere in causas pias? R. Affirmative cum communi omnium TT. & Canonistarum. Quan obligationem ex antiquis Canonibus graviter inculcat Trident. Sess. 25. cap. 1. de reform. omnino interdicens Episcopis, & aliis beneficiatis, ne ex redditibus Ecclesie consanguineos, familiarumve suos augere studeant. Hoc punctum notatum velim ab iis, qui vel perfunctorie audita, vel male intellecta suorum magistrorum doctrina, perverte, & contra regulas utriusque juris hancillationem faciunt, Clerici sunt domini superfluum, ergo in conscientia non tenentur ea erogare in usus pios: sane mala illatio, & innumeris exemplis retelli potest, nisi displiceret rem notissimam exemplis illustrare. Superest principalis difficultas, que sit, & unde oriatur hæc obligatio? Quidam asserunt, eam oriri ex solo præcepto Ecclesiastico; adeoque ex virtute obedientie: ita Soto Covar. Haunol. Schmalz. Pichler, & alii RR. alii ex jure naturali charitatis, ut Molina, Palao &c. alii ex virtute re-